

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Pvb. Virgilio Maronis Bucolicorum Eclogæ X, Georgicorum Libri III, Æneidos Libri XII

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

Liber II.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)

P. VIRGILII MARONIS  
GEORGICON LIBER II.

**H**ACTENVS aruorum cultus, & sydera cali:  
Nunc te Bacche canam: nec non syluestria tecum  
Virgulta & prolem tarda crescentis oliua.  
Huc pater o Lenea (tuis hic omnia plena  
Muneribus: tibi pampineo grauidus autumno  
Floret ager: spumat plenis vindemia labris)  
Huc pater o Lenea veni: nudataque musto  
Tingue nouo mecum direptis crura cothurnis.

**H**ACTENVS aruorum cultus & sydera cali Nunc te Bacche canam. Mirè iterauit illum versum  
gri consiti, qui omnium arborum continet genera. Et sciendum est Virgilium vites quoq; ar-  
bores dicere. vt, Nec secius omnis in vnguem arboribus positus secto via limite quadret. & Hac-  
tenus, vt multi volunt, vna pars orationis est, & est aduerbium significans hucusque. Alij duas  
partes volunt, pronomen & aduerbium: vt sit tenus hac: sicut, Et Crurum tenus à mento palea-  
ria pendent. sed melius est vnam partem accipere orationis *Hactenus, Sydera cali.* Pleonasmus.  
nec enim alibi, quàm in cælo sunt sydera. *Bacche.* Inuentorem pro vitibus posuit, de quibus  
in hoc libro loquitur, nam vites præcipuæ sunt, licet & aliarum arborum faciat cõ-  
memorationem. *Nec non syluestria tecum Virgulta.* Id est infœcundas arbores, quibus præcipuè in  
Italia vites cohærent. *Tarda crescentis oliuæ.* Res enim diu duratura tardius cresc. *Huc pater o*  
*Lenea,* Pater, licet generale sit omnium deorum, tamen propriè Libero semper cohæret: nam  
Liber pater vocatur. *Leneas* autem *Donatus* id est à lacu. Nam quod Donatus dicit ab eo,  
quod mentem leniat, non procedit: nec enim potest Græcum nomen Latinam etymologiam  
recipere. *Tuis hic omnia plena Muneribus.* Tuis muneribus hic sunt omnia plena: & ea vbiq; re-  
quiruntur. *Pampineo autumno.* Cuius tempore vites foliis & fructibus plene sunt: & sub quo ma-  
tura sunt. *Et Pampineo* pro pampinoso dixit, vt nemus frondeum pro frondosum. *Tibi floret ager*  
In honorem tuum exultat & lætus est. Nam autumnali tempore vera florere non potest a-  
ger. *Vindemia.* Cum vindemiam numero singulari dicimus, vnius anni significamus: cum plura-  
li, multorum: vt messes, messes: hyemem, hyemes. hæc enim semel tantum annis quibusque  
contingunt. Multi tamen volunt *Vindemiam* esse totius orbis generaliter, *Vindemias* singula-  
rum partium: vt plus significet singularis, quàm pluralis numerus, sicut plus est cum dicimus,  
per terram pluit, quàm per terras. tunc enim omne elementum per singularem numerum,  
non terras aliquas significamus. *Musto.* *Mustum* numero tantum singulari dicimus, sicut & vi-  
num: licet Ouidius abusiue dixerit *Musta*, sed hoc ille plus fecit, quod & *Mustis* dixit: cum ( vt  
diximus) de his nominibus tres casus tantum vsurpari consueuerint.

Principio arboribus varia est natura creandis:  
Namque alia nullis hominum cogentibus, ipse  
Sponte sua veniunt, campisque & flumina late:  
Curua tenent, vt molle siler, lentaque genista,  
Populus & glauca canentia fronde salicta,  
Pars autem posito surgunt de semine: vt alta  
Castanea, nemorumque Ioui que maxima frondet  
Æsculus: atque habita Graiis oracula quercus.  
Pullulat ab radice aliis densissima sylua:  
Vt cerastis, vlmisque: etiam Parnassia laurus  
Parua sub ingenti matris se subijcit umbra.

Principio arboribus. Creandarum arborum naturaliter sunt tria genera. Aut enim sua sponte nascuntur: aut ex seminibus. fortuito iacentibus. surgunt: aut ex radicibus pullulant. nam cetera A  
 vsus inuenit fauente natura. Sponte sua. Sponte modo nomen est: quia iunctum est ei genus, quo caret semper aduerbium. Veniunt. Crescunt: vt alibi, Illic veniunt felicius vna. Campisque  
 & flumina late Curua tenent. Per transitum ostendit in quibus locis arbores sponte nascantur, scilicet in humidis. Nam terra mater est rerum omnium, & feminum cunctorum creatrix. Vt molle silet. Arboris genus est Siler. Et notandum genus neutrum de arbore: quod est admodum rarum. Glauca canentia fronde salicta. Locum salicum pro ipsis arboribus posuit. bene autem ait & Glauca & Canentia: nam salix ab vna parte alba est, ab altera viridis. Sanè Cacephaton est Glauca canentia: pars autem p. d. s. f. Quacunque ratione proiecto, vel ab auibus, vel ab hominibus: ne incipiat esse industria. Dicit quippe pleraque arbores ex semine nasci non studio hominum iactō, sed quocunque modo & euentu: Pars surgunt. Pro surgit. Nemorūque Ioui, q. m. s. B  
 e. Ordo est, Nemorūque maxima æculus, quæ Ioui fronderet, id est, quæ crecit in Dodonæo nemore, quod erat Ioui consecratum. Atque habite g. o. q. Nam in Dodonæo nemore arbores dantes responsa fuisse dicuntur. Habite autem Grauis: vel quasi non credens dixit, vel quasi Italus, qui loca illa nesciret, vel re vera quondam Habite, quia illo iam tempore flebant. Pullulat ab radice Mira in singulis proprietates, nam ait, sponte sua veniunt, surgunt de semine, pullulans ab radicibus. Vt cerasus, vlmisque. Hæc cerasus hic cerasis facit. Sanè Cerasus ciuitas est Ponti, quam cum delesset Lucullus, genus hoc pomi inde aduexit, & à ciuitate Cerasum appellauit. Nam arbor cerasus: pomum cerasum dicitur. Hoc autem etiam ante Lucullum erat in Italia, sed durum: & cornum appellabatur: quod postea mixto nomine, cornocerasum dictum est. Parnassia laurus. A Parnasso monte Apollini consecrato. C

Hos natura modos primum dedit: his genus omne  
 Sylvarum-fruticiumque viret, nemorūque sacrorum.  
 Sunt alij quos ipse via sibi repperit vsus  
 Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum  
 Deposuit sulcis: hic stirpes obruit aruo,  
 Quadrifidæque sudes, & acuto robore vallos.  
 Sylvarūque alia pressos propaginis arcus  
 Expectant, & vna sua plantaria terra. D  
 Nil radicis egent alia: summūque putator  
 Hand dubitat terra referens mandare cacumen.

Hos natura modos primum dedit. Bene primum. Nam vt etiam supra diximus, fauor naturæ fuit etiam ad alios inueniendos. contra naturam enim nihil hominum inuentum valeret. Via sibi r. v. Ratione, vt, Inueni, germana viam. Hic plantas tenero. Inter plantas & plantaria, hoc interest, quod plantæ raptæ sunt de arboribus, Plantaria verò, quæ ex seminibus nata cum radicibus & terra propria transferuntur: vt, Et vna sua plantaria terra. Sulcis, Fossis, vt, Ausim vel tenui vitem committere sulco. Hic stirpes o. a. Altius deponit validiores cum radicibus plantas, E  
 Quadrifidæque sudes. Ita robustas vt possint in quatuor partes diuidi, Et acuto robore. Pro acuti roboris accipimus. Et bis idem est dictum. nam & valli, & sudes idem sunt. Sylvarūque alia p. p. a. e. Propago præcipue vitibus congruit. vnde apparet Syluas cum etiam de vitibus dicere. Et vna s. p. e. Et alia sylvarum expectant plantaria cum sua terra vna, id est naturali. vt, Viuòque fedilia saxo, id est naturali. Inde est, Mutata ignorent subitè ne semine matrem.

Quin & candidibus sectis (mirabile dictu)  
 Truditur è sicco radix oleagina ligno.  
 Et saepe alterius ramos impune videmus  
 Vertere in alterius: mutatamque insita mala  
 Ferre pyrum, & prunis lapidosa rubescere corna.  
 Quare agite ò proprios generatim discite cultus  
 Agricola: fructūque seros mollitè colendo:  
 Ne uesigres iaceant terra: inuat Ismara Baccho  
 Conserere, e, atque olea magnum vestire Taburnum, F

**A** *Quin & caudicibus sectis.* Caudicibus posuit pro codicibus: sicut caulem, pro colem: fauricem, pro icrice dicimus. Fit autem, quod nunc dicit de oliua & myrto: quarum sicci stipites secantur vsque ad medullam, & terræ infossi ex se arbores creant: quod sine dubio mirum est. *Truduntur,* Vigente natura procreatur. *E secco ligno.* Ex arido. *Radix oleagina.* Deriuatum ab olea. *Impune videmus.* Sine damno sui. Et loquitur de infusione. Sanè infitas arbores dicimus: infertas, verò cauffas aut fabulas. *Lapidosa corna.* Dura. Alibi, Lapidosaque corna Dant rami. *Proprios generatim* Generatim, per singula genera. Generaliter autem est simul omnia. *Spicis vj nara M.* *Segnes terre.* Pigra, infecundæ. & docet posse industria etiam loca asperissima ad fertilitatem perduci. *Isnara.* Montes Thraciæ. *Olea magnum vestire Taburnum.* Per hos montes significat etiam montuosa & aspera loca tendenda esse. *Taburnus* autem mons Campaniæ. *Vestire* verò, implere significat.

**B**  
*Tuque ades: inceptumque vnâ decurre laborem,*  
*O decus, ô fama merito pars maxima nostra*  
*Mecænas, pelagique volans da vela patenti.*  
*Non ego cuncta meis amplecti versibus opto:*  
*Non mihi si lingua centum sint, oraque centum,*  
*Ferrea vox. ades, & primi lege listoris oram:*  
*In monibus terra non hic te carmine ficto,*  
*Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.*

**C** *Tuque ades Mecænas.* Adesto, & inceptum fauorem omnibus libris impendito. nam vbique eum inuocat. *O decus ô fama merito pars maxima nostra.* Horatius, *O & presidium & dulce d'cus meum.* Pelagique volans da vela patenti. Simplici generi carminis præsta fauorem: vt *Vela* fauorem accipiamus. *Patens pelagus,* carminis facilitatem. Hoc autem carmen facile esse ipse significat dicens, & *In manibus terre:* hoc est in facili & in promptu res posita est: & *Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.* Id est, Non sum vniuersa dicturus: nec enim possum. quare & suam veterundè extenuat possibilitatem, & Mecænatibus auribus ex sui carminis breuitate blanditur. Alij aliter accipiunt, Constat Mecænatem fuisse literarum peritum, & plurâ composuisse carmina. nam etiam Augusti Cæsaris gesta descripsit, quod testatur Horatius dicens, *Tuque*

**D** *ped' s'ri' us Dicis historijs prælia Cæsaris Mecænas melius, auctaque per vias Regum colla minacium.* vt hoc nunc dicat, *Inceptum vna decurre laborem,* id est, adesto, & simul scribamus. licet enim quæ tu scribis, constet esse ingentia: meum autem carmen & breuis sit, & totum id explicare non possum, debes tamen fauere minoribus: vt, *Pelagique volans da vela patenti,* sit ingentia scribe. *Et primi lege listoris oram.* Faue minora scribenti. *Non ego cuncta meis.* Lucreti j versus, sed ille ænea vox ait, non ferrea. *Primi lege listoris oram.* Lege nauticus sermo est, qui nunc & ad nauigandum, & ad lectionem potest referri. Nam hoc dicit, faueto principio, vel humilitati carminis mei. *In manibus terre.* Id est in facili & in promptu est terrarum descriptio, quod *æxorsa* Græci dicunt. *Non hic te ea mine ficto.* *Atque per ambages & longa exorsa tenebo.* Id est simpliciter vniuersa describam: neque vt in *Aeneide*, aliquibus hgmentis, aut vllis vtat ambagibus. *Longa autem exorsa,* dicit proœmia longè repetita: quæ constat esse vitiosa.

**E**  
*Sponte sua qua se tollunt in luminis aur as,*  
*Infecunda quidem, sed lata & fortia surgunt.*  
*Quippe solo natura subest. tamen hæc quoque si quis*  
*Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,*  
*Exuerint syluestrem animum: cultique frequenti*  
*In quascunque voces arbes haud tarda sequentur.*  
*Nec non & sterilis qua stirpibus exit ab imis,*  
*Hoc faciet vacuos si sit digesta per agros*  
*Nunc alta frondes, & rami matris opacant:*  
*Crescentique adimunt foetus, vruntque ferentem.*

**F** *Sponte sua, &c.* Ad illud quod omiserat redit, & exequitur qualitatem trium generum, quæ supra memorauit: arborum scilicet sponte natarum, procreatarum ex semine, & earum quæ de

radicibus pullulant. *Infœcunda quidem*. Fœtu carentia. & per transitum rem physicam tangit. A  
 nam semen salicis esum, dicitur infœcunditatem mulieribus gignere. Et supra ait, *Glaucæ ca-*  
*nentia fronde salictæ. Leta & foris.* Quasi hoc in ipsis arboribus genus sit fœcunditatis. *Quippe*  
*solo natura subest.* Quia ut supra diximus, naturaliter rerum omnium mater est terra, & vniuersa  
 intra se continet semina. Hinc est, *Quippe solo natura subest.* Nam natura dicta est ab eo quod  
 nasci aliquid faciat. Mirè autem ait *Subest.* Id est, inest latenter: quia non apparet. Vnde Epicu-  
 rei dicunt nihil esse, quod non habeat originem sui. Nam hoc est, *Gigni de nihilo nihil, in nihilum*  
*nil posse reuerti.* *Scrobibus mandet murata subactis.* Nos scrobes genere dicimus masculino, licet Lu-  
 canus dixerit contra artem, *Exigua positi scrobe, Exuerint syluestrem animum.* Naturalem asperita-  
 tem & infœcunditatem. *A. res.* Fœcunditates ex arte venientes. *Hoc faciet.* id est erit fœcunda,  
 si inde transferetur. *Vruntque serentem.* Quæ terre potest: si ei umbra non noceat. B

*Iam quæ seminibus iactis se sustulit arbos,*  
*Tarda venit seris factura nepotibus umbram:*  
*Pomæque degenerant succos oblita priores:*  
*Et turpeis auibus prædam fert vna racemos.*  
**SCILICET** *omnibus est labor impendendus: & omnes*  
*Cogenda in sulcum, ac multa mercede domanda.*  
*Sed truncis olea melius, propagine vites*  
*Respondent. Solido Paphie de robore myrtus.*  
*Plantis & dura coryli nascuntur, & ingens*  
*Fraxinus, Herculeæque arbos umbrosa coronæ,*  
*Chaonyque patris glandes: etiam ardua palma*  
*Nascitur, & casus abies visura marinos.*

*Pomæque degenerant.* Modò degenerant, in peius vertuntur, aliàs in melius. Poma verò arborum  
 ex semine procreatarum dicitur: quas constat, nisi translatae aut insitæ fuerint, non respondere  
 qualitati seminis sui. *Fert vna racemos.* Vuam pro vite posuit, id est fructum pro arbore. Sanè ra- D  
 cemus botryonis est pars, & botryo Græcum est, & sic vuam pro vite posuit, sicut Horatius pro  
 vino: nam sic ait, *Cecubum & prælo domitam Galeno. Tu bibes unam.* *Cogenda in sulcum.* In ordinem  
 componenda: aut certe aranda. *Multa mercede.* Multo labore, à sequente, quod præcedit intel-  
 lige. *Sed truncis oleæ melius.* Quia supra ait, *Truditur è secco radix oleagina ligno.* Et iam redit ad  
 eos modos quos inuenit industria. Dicendo autem *Melius,* ostendit etiam alias arbores ex  
 truncis posse creari. Sanè olea est arbor ipsa: vnde deriuatio est oleum. Oliua verò fructus ipse  
 vnde oliuum dicitur. Legimus tamen & oliuam de arbore. vt, *Incumbens terei Damon sic cepit*  
*oliuæ. Solido Paphie de robore myrtus.* Sicut & olea, *Paphie* autem Venetiæ, à Papho insula, in  
 qua Venus colitur. Huic autem myrtus consecrata est, vel quod hæc arbor gaudet litoribus, &  
 Venus de mari dicitur procreata: vel quod, vt medicorum indicant libri, hæc arbor apta est mu-  
 lierum necessitatibus plurimis. *Plantis & dura coryli nascuntur.* Duras dixit, non ad lignum, sed ad  
 fructum ipsarum referens. alij *Edure* legunt, quasi non durae. vt paulo post, *Enodes trunci:* id est  
 sine nodis. vt *E* modo, *minuentis non augentis* habeat significationem. Sanè coryli propriè di-  
 cuntur. nam auellanae ab Auellano Campaniæ oppido, vbi abundant, nominatae sunt. *Hercu-*  
*leæque arbos umbrosa coronæ.* Ipse alibi, *Herculea bicolor* cum populus umbra. *Chaonyque patris* Io-  
 uis Epirotici. *Ardua palma.* Aut alta, aut ad quam difficile peruenitur. *Casus abies visura marinos.*  
 Est enim abietis species apta nauibus, quam Sappinum vulgò vocant.

*Inseritur verò ex fœtu nucis arbutus horrida:*  
*Et steriles platani malos gessere valentes,*  
*Castanea fagos: ornisque incanuit albo*  
*Flore pyri: glandemque sues fregere sub ulmis.*  
*Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex*  
*Nam quæ se medio tridunt de cortice gemma:*  
*Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso*  
*Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen*  
*Includunt, vdoque docent inolescere libro.*

**A** Aut rursus enodes trunci resecantur, & aliè  
 Finditur in solidum cuneis via, deinde seraces  
 Planta immittuntur: nec longum tempus, & ingens  
 Exiit ad calum ramis felicibus arbor,  
 Mirata estque nouas frondes, & non sua poma.

Fætu nuci arbutus horrida. Versus dactylicus, nam malè quidam horrens legunt. Horrida autè hispidà. Et iam transit ad insitionem, quæ duplex est. Nam aut insitio dicitur cum fisso trunco furculus secundæ arboris sterili inseritur: aut oculatorum impositio, cum inciso cortice libro alligatur alieno, & arboris germen inserimus. Et steriles platani malos gessere valentes Castanea fagos: ornusque incanuit albo flore pyri. Dicit quid in quam arborem debeamus inferere. In arbutu nucem: in platano malum, in fago castaneam, in orno pyrum. Sed castaneæ fagos eget expositione: non enim in castanea fertili infœcunda fagus inseritur, vnde aut hypallage est, vt Castaneæ fagos, sit pro fagi castaneis gessere, aut est mutanda distinctio, vt sit. Et steriles platani malos gessere valentes Castaneæ. Hoc est infœcundæ arbores platani fortes ramos castaneæ portauerunt. Fagos ornusque incanuit albo flore pyri. Secundum quam distinctionem fagos, licet breuiss sit Gog, finalitatis tamen ratione producitur. Fagos enim incipit esse nominatiuus casus Græcus singulari, non pluralis, noster Accusatiuus. Alij neutrum probant: & ita accipiunt, Castaneæ flore fagos incanuit: Pyri flore ornus incanuit: vt similiter fagos nominatiuus sit Græcus. Nec modus inferere, atque oculos imponere simplex. Aut, nõ est simplex aut fortuita ratio, sed ea quæ ingenti labore colligitur, ut hoc dicit, Non est idem inferere, quod & oculos imponere: quarum rerum discretionem hoc loco commemorat, sicut nos diximus supra. Trudunt. Propellunt, eiciunt. Tunicas. Id est arborum interiores libros. Huc includunt. Quia aut ex aliena arbore: & est mutatio, ideo non ait hic includunt, sed Huc. Sic Cicero, Includuntur in carcerem condemnati, vti que qui illuc fuerant aliunde deducti. Inolescere. Contere scete, quod est Mirata estque nouas frondes. & non sua poma. Ingens phantasia, & iam Mirata estque, legendum est, vt stet versus.

**C** Præterea genus haud vnum nec fortibus vlmis,  
 Nec salici, lotoque, nec Idæis cyparissis,  
 Nec pingues vnam in faciem nascuntur oliuæ,  
 Orchites: & radij, & amara pausia bacca.  
**D** Pomæque, & Alcinoi syluæ: nec furculus idem  
 Crustumis, Syriisque pyris, grauibisque volemis.

Præterea genus haud vnum. Docet nunc etiam in singulis arborum speciebus esse aliquam varietatem. Lotusque. Lotos Nympha quædam fuit, quam cum amatam Priapus persequeretur, illa eorum miseratione in arborem conuersa est, quæ vulgò faba syriaca, vnam in faciem, in eandem similitudinem. Orchites à Græca etymologia, sed obscena, id est à testiculis qui orchis dicuntur. Radij. Oliuæ ita à longinquitate nominatæ. Amara pausia bacca. Oliuæ à pauendo dicta, id est tundendo, aliter enim ex se oleum non facit. Amara autem Bacca viridi, vt alibi, Floribus atque apio crines ornatus amaro, id est viridi, nam de pausia viride oleum fit, vnde contra dulce dicitur non viride. Pomæque. Subaudi à superioribus non vnam nascuntur in faciem. Alcinoi syluæ. id est pomiferæ arbores, nam Alcinoi rex Phæacum fuit diligens cultor hortorum, vnde per eius syluas, arbores pomiferas intelligimus: de quo Homerus ait, quod haberet ἄρχον ἰστέριον. Crustumis. Crustumia pyra sunt ex parte rubentia ab oppido Crustumio nominata. Syriisque pyris, grauibisque volemis. Id est magnis. Nam & volema ab eo quod volam impleant dicta sunt. Vnde & inuolare dicimus.

**E** Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,  
 Quam Methymnæ carpit de palmitè Lesbos.  
 Sunt Thassa vires, sunt & Marcotides albæ:  
 Pinguibus hæc terris habiles, lenioribus illæ.  
 Et passio, Psichia vitilis, tenuisque Lageos.  
 Tentatura pedes olim, vinditur aque linguam:  
 Pimpurea, preciaque: & quo te carmine dicam

Rhetica: nec cellis ideo contende Falernis.  
 Sunt & Aminea vites, firmissima vina.  
 Tmolus & assurgit quibus, & rex ipse Phaneus,  
 Argitisque minor: cui non certauerit vlla,  
 Aut tantum fluere: aut totidem durare per annos.  
 Non ego te mensis, & dijs accepta secundis,  
 Transieram Rhodia, & tumidis Bumaste racemis.

Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. Id est vites quoque diuersæ sunt: Nostris autem, Italis. Et bene Pendes dixit, Nulla enim vitis in Italia est quæ non pendeat. Quam Merymneo carpis d. palmis Lesbos. Lesbos insula est, cuius ciuitas Merymna habet pretiosissimum vinum. Thasie vites. A Thasi insula nominatæ. Mareotides albae. Ægyptiæ: Mareotis enim pars est Ægypti. & dicendo Albe ostendit etiam esse purpureas, vel alterius coloris. Pinguis hæterris habiles. leuioribus illæ. Pinguibus Thasie, Leuioribus Mareotides. Nam ordinem positum sequimur, cum apertè aliquid non commemoratur. Passo Psithia vt lior. Bene Vtilior. vt ostendat etiam de alia vna posse passum fieri, sed melius de Psithia. Passum autem dicitur à patiendo. Nam decoquitur mustum, & inde fit passum. hinc Defrutum dictum est quod defraudatur, & quasi fraudem patitur. Tenuisque Lageos. Lageos est quæ Latine leporaria dicitur. Tenuis autem, penetrabilis. quæ citò descendit ad venas. Tentatura p. des. Terentius, Neque pes neque mens suum satis officium facit. Olim autem aduerbium est cuiuslibet temporis. Purpureæ, Purpurei coloris. Precieque Hæ cito maturescunt, vnde & præciæ dictæ sunt, quasi præcoquæ: quod ante alias coquantur. Quo te carmine dicam Rhetica? Hanc vnam Cato præcipuè laudat in libris, quos scripsit ad filium; contra Catullus eam vituperat, & dicit nulli rei aptam esse, miraturque cur eam laudauerit Cato. Sciens ergo vtrumque Virgilius, medium tenuit, dicens, Quo te carmine dicam Rhetica, Nec collis ideo contende Falernis: Licet sis à Catone laudata, tamen vino te Campano præferre non debes. Cellis autem Apothecis dicit. nam cellas vinarias dicimus. Et Falernus mons est Campaniæ, in quo optima vina nascuntur. Sunt & Aminea vites firmissima vina. Amineum vidnum dictum est, quasi sine minio, id est rubore, nam album est. Sanè Amineum dici versus probat, qui stare non potest, si amineum dixerimus. Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phaneus. Assurgit, Duplex est hoc loco expositio. nam alij volunt sine vitio in subauditione esse positam, quæ apertè dicere non possumus, vt sit, quibus vinis assurgit, id est cedit Tmolus & Phaneus. Quod si apertè dicatur, est vtrumque vitiosum, tamen Vinis de Græco traxit: nam vitis dicunt. Pleraque autem subaudiri quæ apertè non possumus dicere, & ipse alibi docet dicens, Nec dextræ erranti deus absit. Et Sallustius qui ait, Quis à Sertorio triplices insidias, per idoneos saltus posita erant. Prima autem & subaudiendam reliquit insidia: quod dicere non possumus. Alij ad superiora referunt, vt Quibus, non ad vina referamus, sed ad vites, vt sit, quibus vitibus cedit Tmolus & Phaneus montes vitibus confiti. Et est figura: qualis illa in Æncide, Me puer Ascanius capitisque iniuria chari: Quem regno Hesperia fraude: scilicet Ascanius, non, quem caput. Tmolus mons est Ciliciæ: Phaneus mons est in promontorio Chij: dictus à Phaneo rege. Vt autem Assurgit, cedit sit, tractum est à sedentibus, qui in honorem alicuius, assurgere consueverunt. Rex ipse Phaneus. De Lucillio hoc tractum est, qui ait, xi. & i. d. d. d. d. id est & i. d. d. d. Argitisque minor. Quantum ad solam pertinet speciem. Mensis & dijs accepta secundis. Grata sacrius & mensis secundis, pomorum scilicet. Bumaste. Vna in mammae bouis similitudinem.

Sed neque quàm multa species, nec nomina quæ sint  
 Est numerus: neque enim numero comprehendere refert:  
 Quem qui scire velit, Lybici velit æquoris nem  
 Discere, quàm multa Zephyro turbentur arena:  
 Aut ubi nauigijs violentior incidit Eurys,  
 Nasse quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Sed neque quàm multæ species, nec nomina quæ sint Est numerus. Scit apud diuersos lecta esse innumerabilia vitium genera, quibus offensus ait, Colligere tanta vitium genera nec vtile est nec possibile. Qui enim conatur vniuersa cognoscere, debet etiam impossibilia scire, vt est arenarum vel fluctuum numerus.

Nec verò terra ferre omnes omnia possunt:

A

*Fluminibus salices, crassisque paludibus alni  
Nascuntur, steriles saxosis montibus orni:  
Littora myrtetis latissima: denique apertos  
Bacchus amat colles: Aquilonem, & frigora taxi.  
Aspice & extremis domitum cultoribus orbem,  
Eosque domos Arabum, pictosque Gelonos:  
Diuisæ arboribus patriæ: sola India nigrum  
Fert hebenum: solis est turea virga Sabæis.*

B

*Nec vero terre ferre omnes omnia possunt. Aut generale est, sicut ait in primo, Et quid quæque ferat regio: aut ad superiora pertinet, ut sit sensus talis, Non prodest nosse cuncta vitium genera: nec omnia procreantur in omnibus terris, Crassis paludibus, Lutosis naturaliter. Littora myrtetis latissima. Locum posuit pro ipsis arboribus, sicut salicium pro salicibus. nam myrtetum est locus: arbor vero ipsa myrtus vocatur. Denique apertos Bacchus amat colles. Hinc est quod vites amant montium laxiora. Aspice & extremis. Intuere etiam extremum orbem cum suis cultoribus domitum: nam subaudimus cum. Et per transitum maiestatem Romani laudat imperij. Eosque domos Arabum. Arabia, Panchaia, Sabæorum gens est, apud quam tus nascitur. ut, Solis est turea virga Sabæis. Item, Totaque turiferis, Panchaia pinguis arenis. Plautus Arabico ture. Pictosque Gelonos. Stigmata habentes: populi Scythiæ, ut, Pictique Agathyrsi. Diuisæ arboribus patriæ. Regionis, ut, Italiam quæro patriam. Sola India nigrum Fert hebenum. Atqui & in Ægypto nascitur, sed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus. Sanè & hæc hebenus, & hoc hebenum dicitur: hic neutro vsus est, Lucanus vero ait, Hebenus Mæretica vastos Non operis postes. Hebenus autem arbor est, quæ cæta durefcit in lapidem.*

C

*Quid tibi odorato referam sudantia ligno,  
Balsamæque, & baccas semper frondentis acanthi:  
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana:  
Velleræque ut folijs depestant tenuia Seres?  
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,  
Extremi sinus orbis, ubi æra vincere summum  
Arboris hand vlla iactû potuere sagitte?  
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris.*

D

*Balsamæque. Que yaeat. ut alibi, Dixitque, & prælia voce diremit. Sanè Balsamum est arbor ipsa: Opobalsamum, succus collectus ex arbore: nam sic dicitur succus ὀπὸν lignum ipsius arboris. Probatio autem opobalsami, ut dicit Plinius, hæc est, Si contra solem feratur & corruptum non sit, manum ferentis exurit. Semper frondentis acanthi? acanthus arbor est in Ægypto semper frondens, ut oliua, laurus. Acanthus dicta quia spinis est plena. Abundat hæc etiam Circina insula. Velleræque ut folijs depestant tenuia Seres? apud Indos, & Seres sunt quidam in arboribus vermes, & bombyces appellantur, qui in araneorum morem tenuissima fila deducunt. Vnde est sericum: nam lanam arboream non possumus accipere, quia vbique procreatur. Oceano propior gerit India lucos. Hæc enim habet arbores magnas, quæ est iuxta Oceanum. hinc est, Extremi sinus orbis. Depestant. Decerpant. sed alij Depestat legunt, quod si est: Seres, posuit pro Ser: sicut trabes pro trabs. Sic Lucanus, Sub iuga iam Seres, iam barbarus ipsis Araxes. Non tarda. Id est strenuissima. nam Liptotes figura est.*

E

F

*Media fert tristes succos, tardumque saporem  
Felicis mali: quo non presentius ullum,  
Pocula si quando seuæ infecere nouerca,  
Miscueruntque herbas, & non innoxia verba,  
Auxilium venit, ac membris agit atra venena.  
Ipsa ingens arbor, facièmq; similima lauro:  
Et si non alium latè iactaret odorem,  
Laurum erat: folia hand illis labentia ventis,*

H



*Flos apprima tenax: animas, & olentia Medi  
Ora fouent illo: & senibus medicantur anhelis.*

*Media fert tristes succos. Di, sine sibilo proferenda est: Græcum enim nomen est, & Media provincia est. Tristes succos, Amaros, vt, Tristisque lupini. Tardumque saporem Felicis mali. Apud Medos nascitur quædam arbor ferens mala, quæ medica vocatur: quam per Periphrasin ostendit, eius suppressens nomen. hanc plerique citrum volunt, quod negat Apuleius in libris quos de arboribus scripsit: & docet longè aliud genus arboris esse. Tardum autem saporem dicit, vix intelligibilem quod illi ad carnem mediam citri referunt. Nam prima & interior facili suum ostendit saporem. Felicis mali. Secundum eos qui dicunt citrum fecundum: nam hæc arbor, id est citri, omni penè tempore plena est pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba; partim adhuc in flore sunt posita. Aut certe Felicis, salubris. Nulla enim efficacior res est ad venena pellenda. Sicut nouerca. Aut hæc quæ sicut sunt: aut epitheton est omnium no- uercarum. Non innocua verba. Liptotes, id est nocentissima. Et est augmentum quasi parum putent venena miscere, nisi etiam magicos cantus addiderint. Membri agit atra venena. Radices, nuces, lupini, citrum, apium profunt contra futurum, non contra iam acceptum venenum. Vnde etiam antiquitus ante vllas alias epulas, hæc solebant mensis apponi. apparet ergo non eum de citro loqui in præsentia, cum dicit Membri agit atra venena. Iam data. Faciemque sinillima lauro. Figura Ciceronis, qui ait in Cæsarianis, Sed sinillimum deo iudico. Sanè etiam hæc probat citrum non esse: nam citri arbor & multum non potest crescere, & multo habet folia maiora quam laurus. Alium lacte iactaret odorem. Et infinitum emittit suum odorem, & longè alium quam laurus. Flos apprima tenax. Apprima, id est maxime. Et est nomen pro aduerbio, sicut: Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. Animas, de seruius, Id est pulmonis visiosum anhelitum, quod exprimit subdens, Senibus medicantur anhelis. Olentia ora. Putentia, id est dupudua oris: Notandum sanè huic vni tantum arbori incubuisse Virgilium & expressisse vbi sit, qualis sit, cuius potestatis sit, sicut in quarto de herba amello, quod qui de arboribus aut herbis scripserunt, in omnibus exequentur.*

*Sed neque Medorum sylua, ditissima terra:  
Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus Hermus,  
Laudibus Italiae cerent: non Bactra, neque Indis,  
Totaque turiferis Panchaia pinguis arenis.  
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem  
Inuertere satis immanis dentibus hyæri  
Nec galeis densisque virum seges horruit hastis.  
Sed grauida fruges, & Bacchi Massicus humor  
Implerere: tenent oleaque, armenta que lata.*

*Sed neque Medorum sylua. Iam incipit laus Italiae, quam exequitur secundum præcepta Rhetorica. Nam dicit eam & habere bona omnia, & carere malis vniuersis. Ganges. Indiae fluvius, per quem provincia significatur. Hermus. Lydiae fluvius, arenas aureas trahens. Laudibus Italiae certant. Figuratè, nam certo tecum dicimus. Bactra. Regio iuxta Assyrios: vnde & populi Bactriam dicuntur. Panchaia. Arabia, vt diximus supra. Non tauri spirantes naribus ignem. Quales fuerunt in Colchide ciuitate Scythiæ, nam hoc habet fabula; Iason Cholchos profectus ad tollendum vellus aureum quod dicauerat Marti Phryxus, fretus Medæ auxilio: & peruigilem draconem occidit, & eius dentes seuit iunctis tauris ignem afflantibus, vnde nati sunt armatis qui primum fecerunt impetum in Iasonem frustra: postea mutuis vulneribus conciderunt. has autem condiciones Oeta rex proposuerat, cui Apollo responderat tandiu eum fuisse regnaturum, quandiu illud vellus fuisset in templo. Seges horruit. Non placuit. Seges autem quia de semine. Grauida fruges. Largæ abundantes. Massicus humor. Vinum Campanum à Massico monte Campaniæ.*

*Hinc bellator equus campo sese arduus infert:  
Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus  
Vilima, sape tuo persusi flumine sacro  
Romanos ad templa deum duxere triumphos.  
Hic ver assiduum, atque alienis mensibus æstas.*

Bis gra-

**A** *Bis grauida pecudes: bis pomis utilis arbor.*

*Hinc albi Clitumnus greges.* Vocatiuus est Clitumnus. Clitumnus autem fluuius est in Meuania, quæ pars est Umbriae partis Tusciae, de quo fluuio, vt dicit Plinius in historia naturali, animalia quæ potauerint, albos fetus creant. *Maxima taurus Victimæ.* Quia triumphantes de albis tauris sacrificabant. *Perfusi flumine sacro.* Fluento. Perfusi autem tauri qui ante triumphantes vsque ad templa ducebantur. Aut certe *Perfusi greges* intelligamus: quod ad equos triumphales potest referri. *Duxere triumphos.* Si equi, duxerunt: si boues, deduxerunt. *Hic ver æsiduum.* Verna temperies: nam ver, æsiduum esse non potest. Horatius, *Ver ubi longum tepidâsq; præbet Iuppiter umbras.* *Bis grauida pecudes.* Verum est. vnde enim in Bucolicis, *Lac mihi non æstare nouum, non frigore deficit.* *Bis pomis utilis arbor.* Biferæ sunt arbores.

**B**

*At rabide tigres absunt, & seua leonum*

*Semina, nec miseros fallunt aconita legentes:*

*Nec rapit immensos orbis per humum: neque tanto*

*Squamens in spumam tractu se colligit anguis.*

*Adde tot egregias vrbes, operumque laborem:*

*Tot congesta manu præruptis oppida saxis:*

*Fluminâque antiquos subter labentia muros.*

**C**

*At rabide tigres absunt.* Malum Armeniae. *Et seua leonum Semina.* Malum Libyæ. *Semina.* Genera. Et est Lucretij sermo. Nam quod ait *Seua*, aut cruenta accipimus, aut re vera *seua* semina. Vt enim dicit Plinius, Animalia hæc quæ sunt cum acutis unguibus, frequenter parere non possunt: vitiantur enim intrinsecus se mouentibus pullis. *Nec miseros fallunt aconita legentes.* Mira arte visus est vt excusaret rem quam negare non potuit. Nam aconita nascuntur in Italia: sed non ea obesse dicit, quia sunt omnibus nota. Hæc autem herba dicitur nata esse de spumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Quæ quia in saxis & coribus nascitur, aconitum dicitur, *ἀκόνιτον* id est à cote: & dicimus *το ἀκόνιτον* quæ ἀκόνιτον. *Neque tanto squameus.* Sunt quidem serpentes in Italia, sed non tales quales in Ægypto, aut in Africa. *In spumam* autem, in collectionem volubilitatis: quod est à funibus tractum. *Adde tot egregias vrbes.* Laudat Italiam à ciuitatibus, quas & plures habet & maximas, & opportunissime collocatas. *Fluminâque antiquos subter labentia muros.* Quod laudat etiam Cicero in libris de repub.

**D**

*An mare quod supra memorem, quodque alluit infra?*

*Anne lacus tantos: te Lari maxime, teque*

*Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino?*

*An memorem portus? Lucrinòque addita claustra:*

*Atque indignarum magnis stridoribus equor:*

**E**

*Iulia qua ponto longe sonat vnda refluxo:*

*Tyrrhenisq; fretis immittitur æstus auernis?*

*An mare quod supra.* Id est Adriaticum. *Quodque alluit infra.* Id est Tyrrhenum. *Te Lari maxime.* Larius est lacus vicinus Alpibus, qui iuxta Catonem in Originibus, per sexaginta extenditur milia. Et Larius Lari vocatiuus facit, sicut Iulius Iuli, Mercurius Mercuri. *Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino?* Benacus lacus est Italiae, qui magnitudine sui tempestates imitatur marinas. *Assurgens* autem vocatiuus est casus, vt sit, Memorem & te, & Benace assurgens, id est tumescens: f. emitu marino. Aut certe Antiptosis sic, pro assurgentem. *An memorem portus? Lucrinòque addita claustra?* In Baiano sinu Campaniæ contra Puteolanam ciuitatem lacus sunt duo, Auernus, & Lucrinus: qui olim propter copiam piscium vectigalia magna præstabant. Sed cum maris impetus plerumque irumpens exinde pisces excluderet, & redemptores grauiam damna paterentur, supplicauerunt senatui: & profectus C. Iulius Cæsar ductis brachiis exclusit partem maris: quæ antea infesta esse consueuerat, reliquitque breue spatium per Auernum, qua & piscium posset copia intrare, & fluctus non essent molesti, quod opus, Iulium dictum est, sed hic ambitiose vnam Iuliam appellauit frementem contra moles à Iulio oppositas. *Indignarum magnis stridoribus equor.* A solita exclusum licentia, & indignationem suam stridoribus prodens.

**F**

*Hæc eadem argenti rinos, arisque metalla*

Ostendit venis: atque auro plurima fluxit.  
 Hæc genus acre virum Mærsos, pubemque Sabellam,  
 Assuetumque malo Ligurem, Volscoſque verutos.  
 Extulit: hæc Decios, Marios, magnosque Camillos,  
 Scipiados duos bello: & te maxime Cæsar,  
 Qui tunc extremis Asia iam victor in oris  
 Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.  
 Salue magna parens frugum Saturnia tellus,  
 Magna virum: tibi res antiqua laudis, & artis  
 Ingredior, sanctos ausus recludere fonteis:  
 Ascra iunq; cano Romana per oppida carmen.

*Auro plurima fluxit.* Copiosior fuit, in rem pretiosiore. *Assuetumque malo Ligurem.* Id est labori. *Volscoſque verutos.* Italiæ populi sunt. *Extulit hæc Decios.* Creauit. Decij autem duo fuerunt, quorum vnus bello Italico, alter Gallico se deuouere pro rep. *Marios.* Marij multi fuerunt: quorum vnus septies fuit consul. *Camillos.* Abusue. Nam vnus fuit qui à Gal-  
 lis sublata signa reuocauit. *Scipiados.* Pro Scipionibus dixit: sicut Amazonidum pro Amazonum alibi posuit. Scipiones autem duo fuerunt, auus & nepos: quorum vnus leges victæ Carthagini imposuit, alter eandem diruit. Hæc autem omnia plenius in sexto memorauimus. *Imbellem auertis.* Id est auertendo reddis imbellem. *Romanis autem Arcibus,* Romanis urbibus, à Romano imperio. *Magna virum.* Virorum fortium. Iam concludit laudans à viris, à fertilitate rerum, à Saturni imperio. *Tibi res antiqua laudis & artis ingredior.* In tuam vtilitatem scribo carmen Georgicon. *Antiquæ autem laudis,* vel magnæ, vel quod apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura. *Ascra iunq; carmen.* Hesiodicum. Eam Hesiodus de ciuitate Ascra fuit.

Nunc locus aruorum ingenis, quæ robora cuique,  
 Quis color, & quæ sit rebus natura ferendis.  
 Difficiles primum terre, collèsque maligni,  
 Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus arnis:  
 Palladia gaudent sylua viuacis oliua.  
 Indicio est tractu surgens oleaster eodem  
 Plurimus: & strati baccis syluestribus agri.

*Nunc locus aruorum ingenis.* Naturis Tempus est inquit naturam agrorum describere. Et multi hoc loco culpant Virgilium, quod in vnum eoegit quatuor librorum propositionem. Nam & aruo, & de consito, & de pascuo, & de flore isto in loco commemorat. quod ideo non est reprehendendum: quia non ea late exequitur: sed carptim & breuiter transit: quæ latius explanat in singulis. *Quæ robora cuique.* Quæ sit possibilitas vniuscuiusque. *Quis color.* Quæ species. quomodo dicimus, quo colore ille recitauit: licet breuiter etiam sit dicturus de colore terrarum. *Difficiles primum.* Penè steriles parum creantes. *Maligni.* Infecundi, quia malignum veteres infecundum dicebant, vt ipse alibi. Quale per incertam lunam, sub luce maligna. Est iter in syluis. *Tenuis vbi argilla.* Si e humore, quia est & pinguis. *Calculus.* Lapis breuis terræ admixtus. Dicitur calculus quod sine molestia sui breuitate calcetur. *Viuacis oliua.* Diu viuentis. hinc supra, Tardè creicentis oliuæ. Res enim diu duratura tardè crescat necesse est. *Tractu.* Plaga, regione.

At quæ pinguis humus, dulciq; vligine lata:  
 Quique frequens herbis, & fertilis vberè campus:  
 Qualem sæpe cæua montis conualle solemus  
 Despicere: huc summis liquuntur rupibus amnes:  
 Felicemque trahunt limum: quique editus Austro,  
 Et felicem curuis inuisam pascit aratris:  
 Hæc tibi præalidas oliua, multoque fluentes

Sufficiet

A Sufficiet Baccho vites: hic fertilis vna:  
 Hic laticis: qualem patetis libamus, & auro,  
 Inflavit cum pinguis ebur Thyrrhenus ad aras:  
 Lancibus & pandis fumantia reddimus exta.

Dulcisque vligine leta. Vligo proprie est naturalis humor terræ, ex ea nunquam recedens, bene autem Dulci addidit, ad discretionem amara. Vliginosus ergo ager est: semper vuidus, nam vuidus dicitur qui aliquando siccatur. Felicem limum Terrarum scilicet, id est fertilem, nam fluminum limus est noxius. Huc illuc. Et silicem curpis imisam. Radices enim eius sibi inuicem sunt nexæ, & auulsæ renascuntur. Olim. Quouis tempore, Patetis & auro. Patetis aureis, & dicitur. vi. Molémque & montes. Pinguis Thyrrhenus. Victimarum scilicet carnis. Inflavit ebur. Tibiarum quibus in aurem sacerdotis cani solebat. Lancibus pandis. Aut patulis, aut extorum pondere incuruatis. Fumantia reddimus exta. Sacerdotum vsus est verbo. Reddi enim dicebantur exta, cum probata & elixa aræ superponebatur.

B Sin armenta magis studium, vitulosque tueri,  
 Aut fœtus ouium, aut vrenteis culta capellas:  
 Saltus, & saturi petito longinqua Tarenti:  
 Et qualem infelix amisit Mantua campum,  
 Pascentem nuceos herbofo flumine cyenos.  
 C Non liquidi gregibus fontes, non gramina desunt:  
 Et quantum longis carpent armenta diebus,  
 Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Aut vrenteis culta capellas. Omne enim quod momorderint, vrunt, vnde est, Et ad morsu signata in stirpe cicatrix. Sauri Tarenti. Aut fœcundi, aut quod est iuxta oppidum Saurum. Tarentum enim & Saurum vicinæ sunt Calabriae ciuitates. Horatius. Me Sauriano veltari rura caballo. Liquidi fontes. Puri, sine pestilentia. Et quantum longis. Vt in Æneide diximus, hoc dicit Varro fuisse in Rosulano agro, postquam Velinus siccatus est lacus: vbi longam perticam magnitudo superabat herbarum.

D Nigra fere & presso pinguis sub vomere terra,  
 Et cui putre solum (namque hoc imitatur arando)  
 Optima frumentis: non vlllo ex equore cernes  
 Plura domum tardis decedere plaustra iuuentis,  
 Aut vnde iratus sylvam deuenit arator:  
 Et nemora euerit multos ignaua per annos:  
 Antiquasque domos auium, cum stirpibus imis  
 Erxit: illa altum nidis petiere relicta,  
 At rudis enituit impulso vomere campus.  
 E Nam ieiuna quidem cliuosi glareæ ruris  
 Vix humiles apibus castas, roremque ministrat:  
 Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris  
 Creta, negant alios æquo serpentibus agros  
 Dulcem ferre cibum: & curuas præbere latebras.

Aut vnde iratus. In fœcunditate diuturna. Antiquasque domos. Aut re vera antiquas, aut charas. Sallustius, Tantum antiquitatis curæque maioribus pro Italica gente fuit. Est autem ecbasis in illa descriptione. Ieiuna glareæ sicca & sterilis terra. Castas roremque. Casta, & Rosmarinus apibus apta sunt herbæ. Tophus scaber. Lapis asperimus, vnde & scabies dicitur ab asperitate. Nigris. Nocentibus. Negant Nitander & Solinus, qui de his rebus scripserunt.

F Que tenuem exhalat nebulam fumosque volucres:  
 Et bibit humorem: & cum vult, ex se ipsa remittit:  
 Quæque suo viridi semper se gramine vestit:  
 Nec scabie, & salsa ledit rubigine ferrum:

*Illam tibi latis intexit vitibus vltimos:  
 Illa ferax olea est: illam experiere colendo  
 Et facilem pecori, & patientem vomeris vinci.  
 Talem diues arat Capua, & viscina Veseuo  
 Ora iugo, & vacuis Clanius non aequus Aceris.*

*Quae tenuem exhalat nebulam.* Dicit agrum omnium rerum feracem. Quatuorenim genera agrorum imitatur, qui solus potest quod illi quatuor: sicut sequentia indicant. *Fumosque volu-eres.* Quasi fumos: scilicet ex humore. *Suo gramine.* Naturali scilicet, non coacto. *Nec scabies & salsa laedit rubiginem ferrum.* Proprie. Nam rubigo quasi scabies ferri est. *Diuus Capua.* Ideo diues, quia talem arat. *Veseuo.* Veseuus mons est Liguria, sub alpebus positus, nam Campaniae Vesuuius dicitur: pro quo multi Veseuum esse positum volunt. *Et vacuis Clanius non aequus Aceris.* Acerre ciuitas est Campaniae, haud longe à Neapoli: quam Clanius praeterfluit fluuius: cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait *vacuis*, id est, in frequentibus.

*Nunc, quo quaque modo possis cognoscere, dicam.  
 Rara sit, an supra morem sit densa, requiras:  
 Altera frumenta, quoniam fauet, altera Baccho:  
 Densa magis Cereri, rarissima quaeque Lyao:  
 Ante locum capies oculos: altèque iubebis  
 In solido puteum demitti, omnemque repones  
 Rursus humum: & pedibus summas aquabis arenas.  
 Si deerint, rarum, pecorique & vitibus almis  
 Aptius vber erit: sin in sua posse negabunt  
 Ire loca: & scrobibus superabit terra repletis.  
 Spissus ager: glebas cunctantes, crassaque terga  
 Expecta, & validis terram proscinde iuuentis.*

*Supra morem.* Abundanter, plus æquo. Illi autem versus incomparabiles sunt: tantam habent sine aliqua perissologia repetitionem. *Densa magis Cereri.* Bene addidit magis: nam hoc vult ostendere quid ubi melius nascitur, potest enim & frumentum in rara, & vinum in densa, sed non feliciter nasci. *Capies.* Eliges, vt, Aut capere, aut captas iam despectare videntur. *In solido.* Ne ager sit concauus. *Aptius vber erit.* Aptior vbertas & fertilitas. *Glebas cunctantes.* Validas, graues, magnas: vt, Auidulq; refingit Cunctantè. *Expecta.* Proba, vt, & rebus spectata iuuentus.

*Salsa autem tellus, & qua perhibetur amara,  
 (Frugibus infelix ea, nec mansuescit arando:  
 Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina seruat)  
 Tale dabit specimen, tu spisso vimine qualos,  
 Colaue pralorum fumosis deripe tellis.  
 Huc ager ille malus, dulcèsq; a fontibus vnd  
 Ad plenum calcetur: aqua eluctabitur omnis  
 Scilicet: & grandes ibunt per vimina gutta.  
 At sapor iudicium faciet manifestus: & ora  
 Tristitia tentantum sensu torquebit amavor.*

*Nec mansuescit arando.* Dum aratur, alibi de arboribus ita, Exuerint syluestrem animum. *Sua nomina.* Propriam generositatem, vt, Et nos aliquod nomèque decusque Gessimus. *Specimen.* Dignam probationem. *Spisso vimine.* Spissi viminis. *Qualos colaue pralorum.* Qualos, per quos vinum defluit: qui & ipsi à colando dicti sunt. *Prala* autem trabes sunt, quibus vna iam calcata premitur. *Eluctabitur.* Cum mora egredietur. *Amavor.* Amaritudo, & est sermo Lucretij: & vera leſio ipsa est. Nam multi amaro legunt: vt sit, Sensu amaro.

*Pinguis item qua sit tellus, hoc denique pacto  
 Discimus: haud vnquam manibus lactata sarisci:*

A Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.  
Humida maiores herbas alit, ipsaque iusto  
Latior: ab nimium ne sit mihi fertilis illa:  
Nec se praua validam primis ostendat aristas.  
Que grauis est ipso tacitam se pondere prodit:  
Queque leuis, promptum est oculis prædiscere nigram  
Et quisquis color: at sceleratum exquirere frigus  
Difficile est: picea tantum, taxique nocentes.

B Habendo. Dum habetur, Lentescit. Cohæret. Iusto latior. Ultra modum, plus quam oportet. Ab nimium ne sit mihi fertilis illa. Ne herbae plus æquo crescentes spem adimant frumentorum Vnde ait in primo, Luxuriam segetum tenera depascit in herba Primis aristas. Herbis surgentibus, quarum luxuriantes futuris frugibus nocet: quas culmi tenues ferre non possunt. Et quisquis color. Vera lectio hæc est, nam malè quidam, Et quis cuique legunt, excludentes At: vt sit, Et quis cuique color: sceleratum exquirere frigus, Difficile est. Alij colos legunt, vt exclusos, fiat Synalopha: & scandumus ita: Et quis cuique col' at sceleratum: vt sic fit, quemadmodum, Inter se coitisse vitos & decernere ferro, quod non procedit. Tunc enim r in smutatur, cum longa opus est syllaba, vt color, colos, labor, labos, honor & honos. hic autem non solum longam non facit syllabam, sed etiam excluditur scum superiore vocali. vnde legendum est quisquis color, quod nec obscuritatem affert, nec fidem derogat lectioni. Sceleratum. Nocens, omnia exurens. Hederae pandum vestigia nigra. Hederae indicant frigus, nam vestigia appellauit indicia. Nigrae autem ad albarum discretionem, vt Hederae formosior alba.

C His animaduersis, terram multo ante memento  
Excoquere: & magnos scrobibus concidere montes:  
Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,  
Quam letum infodias vitis genus: optima putri  
Arua solo: id venti curant, gelidaque pruina,  
D Et labefacta mouens robustus iugera fossor.  
At si quos haud vlla viros vigilantia fugit:  
Ante locum similem exquirunt, vbi prima paretur  
Arboribus seges, & quo mox digesta feratur:  
Mutata ignorent subito ne semina matrem.  
Quin etiam caliregionem in cortice signant:  
E Vt quo queque modo steterit: qua parte calores  
Austrinos tulerit: qua terga obuenerit axi:  
Restituant, adeo in teneris consuescere multum est.

His animaduersis. Id est, agri qualitate deprehensa. Terra multo ante memento Excoquere. Hoc dicit, non esse eo anno ponendas vites, quo fodiuntur scrobes: sed post annum, vt calore, frigora, & labore rustici possit terra putrefieri. Infodias Obruas. Et labefacta mouens. Hypallage mouens & labefaciens. Ante locum similem exquirunt. Dicit, in translatione arborum similem terram esse requirendam. Arboribus seges. Quia de seminario loquitur arborum, bene segetem appellauit. Digesta. Id est, ordinata, vt, Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit. Matrem. Terram, vt, Antiquam exquirite matrem. Qua terga obuenerit axi. Septentrioni, Nam Græce ἀγρὸς dicitur.

F Collibus, an plano melius sit ponere vites,  
Quere prius, si pinguis agros metabere campi,  
Densa sere: in denso non segnior ubere Bacchus.  
Sin tumulis accliuè solum, collèsq; supinos:  
Indulge ordinibus, nec secius omnis in vnguem  
Arboribus positis secto via limite quadret:  
Vt saepe ingenti bello cum longa cohorteis.

Explicuit legio: & campo stetit agmen aperto,  
 Directæque acies ac late fluctuat omnis  
 Ere renitendi tellus: nec dum horrida miscent  
 Prælia: sed dubius mediis Mars errat in armis.  
 Omnia sunt paribus numeris dimensa viarum:  
 Non animum modo vti passat, prospectus inanem:  
 Sed quia non aliter vires dabit omnibus aquas  
 Terra: neque in vacuum poterunt se extendere rami.

Collibus, an plano melius sit ponere vitem. Quere. Atqui supra ait, Denique apertos Bæchus amat colles: sed etiam in vallibus poni posse vites superius indicauit. Vt, Hic tibi præualidas olim multoque fluentes Sufficiet Bæcho vites. Vnde modo vtrumque complectitur, & dicit quemadmodum in plano, quemadmodum in collibus vites ponere debemus Metabere. Eliges. & longe alia significatio est Meteor metaris (vnde Lucanus, Hesperios audax veniam metator in agros) & alia Meteor metiris. Illud enim metatus sum: hoc messus sum facit, vt, messum de pollice florem. Densa. Pro dense. vt, Et pede terram Crebra ferit, pro crebro. Indulge ordinibus. Da operam: vt, Indulgent vino. & eos effice largiores. Nam de plano ait, Densa sere, In vnguem. Ad perfectionem. Et est translatio à matmorariis, qui iuncturas vnguibz probant. Horatius, Ad vnguem Factus homo. Arboribus positis. Vitibus ordinatis. Secto limite. Ducto. Vnde & sectæ philosophorum dicuntur, id est ductus. Quadret. Consentiat, congruat. Translatio à quadris lapidibus, qui sibi inuicem bene conueniunt. Fluctuat. Splendet. Numeris. Ordinationibus. Passat prospectus. Delectet. vt, Atque animum pictura pascit inani.

Forſitan & scrobibus que sint fastigia, queras:

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Altius, ac penitus terra desigitur arbor:

Æsculus in primis: que quantum vertice ad auras

Æthereas, tantum radice in tartara tendit.

Ergo non hyemes illam, non flabra, neque imbres

Conuellunt: immota manet: multosque per annos

Multa virum voluens durando secula vincit:

Tum fortes late ramos, & brachia tendens

Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.

Forſitan & scrobibus que sint fastigia queras. Vt etiam supra diximus, scrobes sunt masculini generis, nam Cicero in OEconomicis sic dicit: & Plautus ait Sexagenos scrobes. Minor autem est Lucani, & Græchi autoritas. Nam Lucanus ait, Exigua posuisti scrobe. Græchus, Abunde fossa scrobis est, quod exemplum in Terentiano est. Que sint fastigia queras. Fastigium & summa & imæ partis possumus dicere: sicut altum & mare & celum dicimus. Hinc est, Cælumque profundum. Cum & puteus sit profundus. Ausim. Ausus sim, audebo. Sulco. Id est fossæ. Æsculus in primis. Arbor est glandifera: que licet ab esu dicta sit, tamen per se scribitur, sicut & cælarum, licet à celo, cælas habeat deriuationem. Non flabra. Hoc nomen tantum pluralem recipit numerum. ab eo vero quod est flamina, flamen possumus dicere: licet sit vitandum propter aliam significationem. Nam dicitur flamen Dialis, flamen Martialis.

Næve tibi ad solem vergant vinceta cadentem:

Næve inter vites corylum sere: nève flagella

Summa pæte: aut summas defringe ex arbore plantas:

(Tantus amor terra) neu ferro læde retuso

Semina: nève olea syluestres infere truncos.

Nam sæpe incantis pastoribus excidit ignis:

Qui furtim pingui prunum sub cortice reclusus

Ribora comprehendit: frondisque elapsus in altas

Ingentem calo sonitum dedit: inde secutus

Per ramos victor, perque alta cacumina regnat:

Et totum inuoluit flammis nemus: & ruit aëram.

A *Ad coelum picea crassus caligine nubem.*  
*Præsertim si tempestas à vertice sylvis*  
*Incubuit, gloire, tuque ferens incendia ventus,*  
*Hoc ubi: non à stirpe valens, casaque reuerti*  
*Possunt, atque ima similes reuirescere terra:*  
*Infelix superat foliis oleaster amaris.*

Neve imer vites corylum fere. Radices enim eius nocent vitibus. Neve flagella Summa pere. Flagella dicuntur summæ arborum partes, ab eo quod ventorum crebros sustinent flatus. Tantis amor terre. Sic diligenter à rusticis ager est colendus. Ferro lade veniso. Retuso, obtuso, quo vites quassantur potius quam putantur. Neve oleæ syluæ stres in fere trunco. Non quod non proffit, sed vt etiam ipse dicit, propter casum incendiij. Incantis pastoribus. Negligentibus, circa alia occupatis. Es ruis atram. Egerit, emittit, & ruere facit. Nam modo ruit agentis est. A vertice. Ab Aquilone, vt, Hic vertex nobis semper sublimis. Ferens. Flans, vt, Fieret vento mora nequa ferenti. Hoc ubi. Subaudi contigerit. Superat. Superest, vt, Quid puer Alcianus superatne?

C *Nec tibi tam prudens quisquam persuadcat auctor*  
*Tellurem Boreæ rigidam spirante mouere.*  
*Rura gelu tum claudat hyems: nec femine iactò*  
*Concretam patitur radicem affigere terre.*  
*Optima vinetis satis est: cum vere rubenti*  
*Candida venit auis longis inuisa colubris,*  
*Prima vel autumnii sub frigora: cum rapidus sol*  
*Nondum hyemem contingit equis: iam præterit æstas.*

Nec tibi tam prudens quisquam. Dicit quo tempore vites ponendæ sint: & probat tolerabiliter autumno, melius verno, nam dicitur, Ver adeo frondi nemorum, ver vtile syluis: Concretam radicem. Ante enim quasi gutta quædam est ex terra & humore procreata, quæ postea tenditur in radicem. Vere rubenti. Floribus splendido. Candida venit auis. Iuuenalis, Serpente ciconia pullos

D *Nuris.*

*Ver adeo frondi nemorum, ver vtile syluis:*  
*Vere tument terræ, & genitalia femina poscunt.*  
*Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther*  
*Coniugis in gremium læta descendit, & omnes*  
*Magnus alit magno commistis corpore fetus.*  
*Auia tum resonant aubus virgulta canoris:*  
*Et Venerem certis repetunt armenta diebus.*  
*Parturit almus ager: Zephyròque repentibus auris*  
*Laxant arua sinui: superat tener omnibus humor:*  
*Inque novos soles audent se gramina tuo*  
*Crederet: nec metuit surgentes pampinus Austros.*  
*Aut actum calo magnis Aquilonibus imbrem*  
*Sed tradit gemmas, & frondes explicat omnis.*

Vere tument terræ. Asper simpliciter accipit, vt terræ nominatiuus sit pluralis. Donatus vero terræ genitiuum vult esse singularem: vt si sensus mutata distinctione, Vere tument syluæ scilicet à superioribus; terræ & genitalia femina poscunt. Id est tument syluæ & genitalia femina terrarum requirunt. Sed melius Asperum sequimur: vt Genitalia femina, quæ nos iacimus intelligamus, non quæ ex terra syluæ suscipiunt. Genitalia autem dicimus femina, quibus aliquid procreatur & gignitur. Tument. Suspenduntur. Pater omnipotens fecundis. Interdum pro aëre Iuno, & pro æthere Iuppiter accipitur. Aliquoties & pro aëre & pro æthere Iuppiter. Iuno vero pro terra & aqua: sicut hoc loco intelligimus. Nam æther non habet pluias, vnde ætherem pro Ioue accipimus: cui tribuuntur aer & æther: quæ duo mixta terræ & humori vniuersa procreant. Dicit autem verno tempore esse pluias, quibus cuncta nascuntur, vnde fecundis im-



bribus dixit: quibus terra fecundatur. *Magno commixtus corpore satus.* Pro corpori, vt, Hæret pede pes. Item alibi, Et magno se corpore miscet. Licet possimus accipere, Commixtus terræ magno suo corpore, id est ætherio. *Certis diebus.* Statutis, legitimis, à natura arcana quadam ratione dispositis: vt tractat Lucretius, qui dicit rationem hanc ex ætherio calore descendere. *Almus ager:* Ab eo quod nos alat, Zephyri, Fauonij alibi, Et Zephyro putris se gleba resoluit. Horatius. *Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni.* *Nonos soles.* Dies vernaes. *Nec metuit surgentes pampinus austros.* Variè. Nam supra ait, Audeat se gramina tuto Credere. *Trudit.* Propellit, effundit in folia.

*Non alios prima crescentis origine mundi  
Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem  
Crediderim: ver illud erat: ver magnus agebat  
Orbis: & hybernis parcebant flatibus Euri:  
Cum primum lucem pecudes hausere, virumque  
Ferreæ progenies duris caput extulit aruis:  
Immissæque fera syluis & sidera cælo.  
Nec res hunc tenera possent perferre laborem  
Si non tanta quies iret frigusque caloremque  
Inter: & exciperet cæli indulgentia terras.*

*Non alios prima.* Hoc secundum licentiam poeticam dixit, nam falsum est. Constat enim post factum mundum ex qualitate cursus solis tempora esse diuisa. *Tenorem.* Durum, hic continuationem. *Ver illud erat.* Absoluta elocutio: quicquid illud fuit, ver fuit. *Hybernis flatibus.* Asperis, sæuis. *Virumque Ferreæ progenies.* Procreata ex lapidibus ad laborem. Alibi, Vnde homines natum durum genus. *Immissæque ferae syluis.* Hunc ordinem propter Arcadas tenuit, qui se Profelenos esse asserunt, id est ante lunam natos: quod & Cicero in Fundaniana commemorat: & Staius qui ait, *Arcadæ astris lunæque priores.* *Hunc laborem.* Vel frigoris, vel caloris. *Quies.* Tranquillitas. Et est veris definitio, Cæli indulgentia.

*Quod superest, quacunque premes virgulta per agros  
Sparge imo pingui, & multa memor oculo terra:  
Aut lapidem bibulum: aut squalenteis infode conchas:  
Inter enim labentur aquæ tenuisque subibit  
Halitus, atque animos tollent sata, iamque reperti,  
Qui saxo super, atque ingentis pondere testa  
Urgerent: hoc effusus munimen ad imbres:  
Hoc ubi hiulca siti findit canis estifer arua.*

*Quod superest.* Non quod deest, sed quod sequitur. *Premes.* Demerges, infodies. *Quacunque virgulta.* Siue de plantariis, siue de arboribus. *Lapidem bibulum.* Qui arenarius vocatur. *Aut squalentes infode conchas.* Conchæ autem propter admittenda spiramina infodiuntur. Lapis vero arenarius, & propter spiramina, & propter hauriendum humorem, si forte nimius fuerit. *Squalentes.* Sordidas. *Animos tollent.* Sument ab his rebus magnitudinem. *Iamque reperti.* Scilicet diligentiores. *Effusus munimen ad imbres.* Contra nimias pluias. *Hiulca.* Nimiis caloribus fissa.

*Seminibus positus superest deducere terram,  
Sæpius ad capita & duos iactare bidentes.  
Aut presso exercere solum sub vomere, & ipsa  
Flectere lubrantes inter vineta iuuenços:  
Tum leucis calamos, & ras hastilia virgæ:  
Fraxineasque aptare sudas, furcasque bicornes.  
Viribus eniti quarum, & contemnere ventos  
Assuescant summasque sequi tabulata per vltimos.*

*Ad capita.* Postarum scilicet vitium. *Iactare autem bidentes.* Hoc ad comminuendas pertinet glebas. *Dicit autem circumfodiendum esse:* & ad ipsa capita plantarum terram adducendam, & se-

A & sæpius ideo, quia & vento & imbribus à capite terra descendit. *Flectere iuctantes.* Cum quadam moderatione ducere, ne tenera adhuc virgulta concutiant. *Leuis calamos.* Nitidos. Dicit autem & cannas & virgas radendas, ne ex corticibus rubigo aduersa vitibus possit creari. *Sequi tabulata.* Tabulata sunt rami effusiores & in plana tendentes, non in altiora crescentes.

At dum prima nouis adolescit frondibus ætas,  
 Parcendum teneris, & dum se lætus ad auras  
 Palmes agit laxis per purum immissus habenis:  
 Ipsa acie falsis nondum tentanda, sed vncis  
 Carpenda manibus frondes, interque legende.

B Inde ubi iam validis amplexa stirpibus vltimos  
 Exierint: tunc stringe comas, tunc brachia tonde:  
 Ante reformidant ferrum: tum denique dura  
 Exerce imperia, & ramos compesce fluentis.

Adolescit. Crescit. Per purum. Per aerem, quasi inanem. Ipsa acie falsis nondum tentanda. Si acies sensus hic est, Teneris adhuc vitibus, non est falsis acies necessaria. Si acie, subaudimus virgulta: ut sit, Ipsa virgulta nondum falsis acie tentanda sunt. Stirpibus. Solidioribus palmitibus, id est truncis.

Texende sepes etiam: & pecus omne tenendum est:  
 Præcipue dum frons tenera, imprudensque laborum.  
 Cui, super indignas hyemes, solæque potentem,  
 Sylvestres vri assidue, capreaque sequaces  
 Illudunt, pascuntur oues, auideque iuuenca.  
 Frigora nec tantum cana concreta pruina,  
 Aut grauis incumbens scopulis arenibus æstas:  
 Quantum illi nocuere greges, durique venenum  
 Dentis, & admorso signata in stirpe cicatrix.

D Frons tenera Ftondis vera lectio est. Lucretius, *Frondis fraxque domos animum.* Apud antiquiores enim singularis nominatiuus erat frondis: hodie verò & à fronte vnus est nominatiuus frons, sicut etiam lens à lente, & à lende capitis breuiore pediculo. *Texenda sepes etiam.* Alj hic distinguunt: alij separant texendæ, sepes etiam & specus omne tenendum. *Solemque potentem.* Intolerabilem, grauem. *Indignas autem Hyemes, Sæuas, Sylvestres vri.* Id est boues agrestes, qui in Pireneo monte nascuntur inter Gallias & Hispanias posito. Sunt autem exceptis elephantis, maiores animalibus cæteris. dicti vri *ἄν' τῶν ἰσθμῶν.* id est à montibus. *Capreaque sequaces* Id est persecutrices, seu quod, vites persequantur, vt, *Maleæque sequacibus vndis.* *Incumbens scopulis.* Etiam saxa caloribus penetrans. *Admorso.* Participium est, ac si diceret abroso.

E Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris  
 Ceditur: & veteres ineunt profcena ludi:  
 Premiæque ingentes pagos, & compita circum  
 Thesida posuere: atque inter pocula lati  
 Mollibus in pratis vntos saluere per vires.  
 Nec non Ausonij Troia gens missa coloni  
 Versibus incomptis ludunt, risuque soluto:  
 Oraque corticibus sumunt horrenda cauatis:  
 Et te Bacche vocant per carmina læta, tibi quo  
 F Oscilla ex alta suspendunt mollia pinn.

Non aliam ob culpam. Victimæ numinibus aut per similitudinem, aut per contrarietate immolantur. Per similitudinem, vt nigrum pecus Plutoni. Per contrarietate, vt porca, quæ obest frugibus, Cereri: & Caper qui obest vitibus, Libero. Item capra Æsculapio qui est deus salutis, quæ capra nunquam sine febre sit. *Aris autem omnibus non sine causa dixit.* Nam cum numinibus, cæteris varie pro qualitate regionum sacrificetur, vt Veneri Paphiæ tantâ de iure: vnde est, *Haud*

equidem tali me dignor honore. Genitrici verò, Id est, Romanæ, etiam de victimis: Libero ubique caput immolatur, quia vires, quæ in honore ipsius fuerant, ab eo comestæ sunt. Iratus Liber pater eum occidi fecit, & ei tolli vitem, in quo mitti vinum fecit pro eius vindicta. *Veteres inveniunt profectia ludi.* Primi ludi theatrales ex liberalibus nati sunt: Ideo ait, veteres ludi. *Profectia* autem sunt pulpita ante scenam in quibus ludicra exercentur. *Pagos & compita circum,* Id est, per quadriuiam, quæ compita appellantur, ab eo quod multæ viæ in vnam confluant. & villas, quæ pagi dicitur, appellatur, id est à fontibus circa quos villæ consueuerant condi. vnde & pagani dicti sunt, quasi ex vno fonte potantes. *Compita* autem sunt vnde ludi compitalitij vocantur. *Thestide,* Athenienses, qui primi ludos instituere liberales. *Mollibus in prais vinctos saluere per vires.* Vinctos vel oleo vel lextiua. *In prais* autem ideo ne læderentur cadentes. *Vires* verò fiebant ad insultationem etiam mortuorum captorum, ne quid ex his esset quod non sentiret iniuriam. *Saluere.* Secundum artem locutus est. Nam Salio salui dicebant: vnde & Cicero ait, in Miloniana. *Cum hic de rheda retecta penula desilisset.* Sic etiam ab eo quod est *Canis*, non cecini, sed canui dicebant, vnde Sallustius, *Cornua occauerunt.* Næc non *Ausonij Troia gens.* Hoc est etiam Romani hæc sacra celebrant & canunt, nam hoc est *Versibus incomptis ludum.* Id est carminibus Saturnio metro compositis, quod ad rhythmum solum vulgares componere consueuerunt. *Horatius Liberalesque recurrentes accepta per annos Lusti amabiliter. Risique soluto.* Id est cachinno. *Oraque cunctibus sumunt.* Quia necesse erat pro ratione sacrorum aliqua ludicra & turpia fieri quibus posset populo risus moueri: qui ea exercebant propter verecundiæ remedium hoc adhibuerunt, ne agnoscerentur, vt personas factas de arborum corticibus sumerent. *Et te bacche vocant.* Hymnos in tuum canunt honorem. *Tilique oscilla.* Mollia, pensilia. vt, *Pilentis matres in mollibus. Oscillorum* autem variæ sunt opinioniones. Nam alij hanc asserunt fabulam, *Icarus Atheniensis pater Erigones,* quum acceptum à Libero patre vinum mortalibus indicaret, occisus est à rusticis: qui cum plus æquo potassent, inebriati venenum se accepisse crediderunt, huius canis est reuersus ad Erygonem filiam, quæ cum eius comitata vestigia peruenisset ad patris cadaver, laqueo vitam finiuit. Hæc deorum voluntate inter astra relata est, quæ vocat virginem. Canis quoque ille est inter sydera collocatus. Sed post aliquantum tempus Atheniensibus morbus immisus est talis, vt eorum virgines furore quodam compellerentur ad laqueum, responditque oraculum sedari posse pestilentiam illam, si Erigonis, & Icarij cadauera requirerentur: quæ cum diu quæ sita nusquam inuenirentur, ad ostendendam suam deuotionem Athenienses, vt etiam in alieno ea quærere viderentur elemento, suspenderunt de arboribus funem: ad quem se tenentes homines hæc arque illac agitabantur, vt quasi etiam per aerem illorum cadauera quærere, viderentur. Sed quum inde plerique caderent, inuentum est vt formas, ad oris sui similitudinem facerent, & eas pro se suspensas mouerent. Vnde & oscilla dicta sunt ab eo, quod in his cillerentur, id est mouerentur ora, nam cillere est mouere: vnde & furcille dictæ sunt, quibus frumenta cillentur. Alij dicunt oscilla membra esse virilia de floribus facta, quæ suspens debantur, per intercolumnia: ita vt in ea homines acceptis clausis personis impingerent, & ea ore cillerent, id est mouerent ad risum populo commouendum. & hoc in Orpheo lectum est. Prudentioribus tamen aliud placet, qui dicunt sacra Liberi patris ad purgationem animæ pertinere, omnis autem purgatio aut per aquam fit, aut per ignem, aut per aerem: sicut & in sexto ait, Alij panduntur inanes Suspensæ ad ventos, aliis sub gurgite vasto, Infestum elinitur scelus aut exuritur igni. Vt nunc per oscilla genus purgationis, videlicet aeris quod est maximum intelligamus: Nam primum aquæ est, secundum est ignis, tertium aeris.

*Hinc omnis largo pubescit vinea factu:  
Complentur vallæque caue, saltusque profundi,  
Et quocunque deus circum caput egit honestum.  
Ergo rite suum Baccho dicemus honorem  
Carminibus patriis: lanceque, & liba feremus:  
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram:  
Pinguaque in veribus torrebimus exta columnis.*

*Hinc omnis largo pubescit vinea factu.* Post hæc sacra celebrata. *Ergo rite suum Baccho dicemus honorem.* Iuste igitur Liberi celebrabimus sacra. *Honestum.* Pulchrum. *Carminibus patriis* Id est Romana lingua, pleraque enim sacra, pro gentium qualitate, pleraque secundum suum ritum coluntur, nam hymni Libero apud Græcos græca, apud Latinos latina voce dicuntur. *Hymni* verò matris deum, ubique propriam, id est Græcam linguam requirunt. *Stabit sacer.* Placebit. Tunc enim est aptum sacrificium, cum dedicatum animal victimæ patiens inuenitur vnde

A vnde & alibi sic ait, Et statuum ante aras aurata fronte iuuentum. Id est placere faciam. Contra Lucanus, *Discissa fugis ab ara Taurum. Sacer autem execrabilis. vt, Auri sacra fames. In veribus vorrebimur extra columnis.* Quia sicut etiam caper est inimicus vitibus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait supra, Néve inter vites corylum fere.

*Est etiam ille labor curandis vitibus alter:*

*Cui nunquam exhausti satis est: namque omne quotannis*

*Térque quaterque solum scindendum: glebáque versis*

*Æternum frangenda bidentibus: omne leuandum*

B *Fronde nemus: redit agricolis labor actus in orbem:*

*Atque in se sua per vestigia voluitur annus.*

*Et iam olim, seras posuit cum vinea frondes,*

*Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem:*

*Iam tum acer curas venientem extendit in annum*

*Rusticus: & curuo Saturni dente relictam*

*Persequitur vitem attondens, fingitque putando.*

C *Est etiam ille labor.* Iam paulatim tendit ad vitium vituperationem, dicens & infinitum esse earum laborem, vt, *Cui nunquam exhausti satis est. & incertum fructum, vt, Et iam maturis metuendus Iupiter vuis.* & ipsum etiam fructum perniciosum: vt, & Bacchus & ad culpam causas dedit. *Exhausti satis est.* Exhaustio, finitionis, quod quia asperum visum est, se ad figuram transtulit, & ait *Exhausti, vt* Seruantissimus æqui: pro æquitatis. *Omne solum.* Continens, scilicet vites. *Æternum.* Semper, perpetuo. Et absolute locutus est. *Leuandum fronde nemus.* Releuandum, spoliandum. Omne autem nemus dicit & arborum & vitium. Vnde paulo post dicitur est, *Bis vitibus ingruit umbra. Labor actus in orbem.* Id est in anni circulum labor se inuicem sequitur rusticorum. *Olim.* Quandoque. Significat autem finale tempus autumnii, seras fronde s. Sero cadentes. Tardè enim spoliantur vites frondibus. *Frigidus & syluis aquilo decussit honorem.* Varronis hic versus est. *Acer.* Non quilibet: sed acer & diligens. *Curas venientem*

D *ext. ndit in annum.* Quasi in tempore alieno præmeditatur futurum laborem. *Et curuo Saturni dente.* Id est falce quæ est in eius tutela. Nam Saturnus dicitur patri Cælo virilia falce amputasse, quæ in mare cadentia Venerem creauerunt: quod ideo fingitur, quia nisi humor de cælo in terras descenderit, nihil creatur. Alij Saturnum deum esse temporum dicunt, quæ sicut falx, in se recurrunt. Alij vero dicunt Saturnum in progressu nihil nocere, cum retrogradus est, esse periculosum. Ideoque eum habere falce in tutela, quod & ipsa protenta nihil valet: retro acta vero, quicquid ei occurrerit secat. *Relictam.* Scilicet a se paulo ante de sertam. *Fingitque putando.* Componit, vt, *Fingitque premedo.*

E: *Primus humum fodito, primus deuecta cremato*

*Sarmenta, & vallos primus sub tecta referto.*

*Postremus merito: bis vitibus ingruit umbra:*

*Bis segetem densis obducunt sentibus herba:*

*Durus vterque labor. laudato ingentia rura:*

*Exiguum colito: necnon etiam aspera ruses*

*Vimina per hyluam, & ripis fluuialis arundo*

*Caditur, inculique exercet cura salicti.*

*Iam vincte vites: iam falcem arbusta reponunt:*

F: *Iam canit extremos effectus vinitor antes,*

*Sollicitanda tamen tellus: puluisque mouendus:*

*Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.*

*Primus humum fodito.* Hoc est ad laborem primum te esse conuenit, vltimum ad fructus legendos. Vinum enim factum de vuis immaturis citò acescit: & hoc loco inest vitium vituperatio, quarum fructus aut immaturi collecti depereunt: aut si earum fuerit expectata maturitas, nihilominus pereunt. Nam dicitur est, *Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.* *Et vna los*

primus sub tecta referto. Vitium sustentacula, quæ in nonnullis locis, in tecta portantur, ne  
 A imbribus depereant citò. *Metito.* Vindemiato. Et per hoc dicit maturam vram debere colli-  
 gi. *Ba vitibus ingruit umbra.* Vitis & arboris, vt dempta folia solem admittant, quo possint  
 vix maturefcere. *Ba segetem densis obducunt sentibus herba.* Semel autumnali, semel verna-  
 vix maturefcere. *Durus vterque labor.* Et vellendarum herbarum & frondium secundarum. *Lau-*  
 dato ingenti arura; *Exiguum colito.* Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura: quod  
 ideo dictum est, vel quia maiores, agros incultos rura dicebant, id est sylvas, & paucæ agrum  
 verò, qui colebatur: vt intelligamus, Laudato ingentes sylvas, colito agrum minorem. vel,  
 quod melius est, quia ait in primo, Alternis idem tonias cessare nouales, Et segnem patiere situ  
 durefcere campum: quod fieri non potest nisi fuerint spatia maiora terrarum. nam & Cato, vt  
 B diximus, & Cicero in OEconomicis ob hoc laudant prædia latifundia, vel quòd, vt dicit Dona-  
 tus, etiam non culta præstant aliquid domino. *Rufii.* Ruscum virgultum est: vnde vites ligantur  
 etur. Et commemorat labores qui licet circa alia, tamen pro vitibus exercentur. *Incolitque exer-*  
 cet. *f. Quasi cum indignatione ait, Causa vitium, cura nos etiam sponte nascentium rerum*  
*fatigat.* *Falcem a. r.* Parata sunt, nec falcem requirunt. *Iam canit extremos e. u. a.* Melius est ef-  
 fatigus legere, quam effoceros: vt quidam legunt. Et antes alij extremos vinearum ordines accipiunt:  
 alij macerias quibus vineta clauduntur: quæ maceriaz sunt de assis, id est siccis lapidibus. vnde  
 assis tibiæ dicuntur, quibus canitur sine chori voce. Dicuntur autem antes à lapidibus eminen-  
 C tioribus, qui interponuntur ad maceriam sustentendam: nam propriè antes sunt eminentes lapi-  
 des, vel columnæ vltimæ, quibus fabrica sustentetur. & appellantur antes *domi* *re ad naves:* ad  
 quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere qui ante stant. Hoc  
 autem dicit. Iam canit rusticus labore finito: tamen deesse non potest quòd exercere circa cul-  
 turam vitium debeat. *vltisque mouendus.* Genus ipsum cultura: pulueratio vocatur, quo im-  
 minutæ glebæ vitibus applicantur. *Maturus metuendus Iuppiter vni.* Aër, more suo, cuius  
 varietas plerunque laborem decipit rusticorum. Et tacite videtur admonere, quod in primo  
 aperte dixit sacrificiis tempestates esse pellendas.

Contra, non ulla est oleis cultura, neque illa  
 Procuruam expectant falcem, rastrosque tenaces,  
 Cum semel hæserunt aruis, aurisque tulerunt.  
 Ipsa satis tellus, cum dente recluditur vincto,  
 Sufficit humorem, & grauidas cum vomere fruges.  
 Hoc pinguem, & placuam paci nutritor oliuam.  
 Poma quoque, vt primum truncos sensere valentes,  
 Et vires habuere suas, ad sydera raptim  
 Vt propria niuntur, opisque haud indiga nostra.  
 Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit.  
 Sanguineisque inculta rubent auararia baccis.

*Non vlla.* Id est nulla, alij *Non vlla* legunt, id est aliqua: non vt in vitibus nimia. *Procuruam*  
 expectant *falcem.* Vt putentur: quod tamen ad curam refertur annuætiarum. nam necesse est, *B*  
 licet tarde, oliuam putari. *Rastrosque tenaces.* Ad fodiendum scilicet. Quia cum trahitur ras-  
 strum per agros, omnem spurcitiam secum colligere videtur. Negligentiam autem ferunt  
 oleæ quum iam cœperunt esse valentiores: nam adhuc paræ nimiam curam requirunt. *Aurisque*  
 tulerunt. Ferre auras propriè est assuescere aëris varietati, quæ obest rebus teneris nimium.  
*Ipsa satis tellus.* Hoc dicit, Aratum oliuetum & oleis prodest, & exinde frumento gignuntur.  
*Sufficit humorem.* Scilicet subministrat arboribus. *Grauidas cum vomere fruges.* Cum abun-  
 dat: nam hoc dicit, Subministra fruges vomere, id est per vomerem. *Eanius, Effudit voces*  
*proprio cum pectore sancto,* id est proprio pectore. Nam cum vacat. *Urbanus* tamen sic acci-  
 pit, *Grauidas cum vomere,* id est statim post arationem. *Hoc.* Hæc re. *Nutritor autem pro nu-*  
 tris, nam pro actiui imperatiuo præsentis, passiuum futurum posuit. *Et vires habuere suas.* Quia *F*  
 tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut supra ait de vitibus eniti quarum &  
 contemnere ventos. *Fœtu nemus omne grauescit.* *Fœtu;* id est vilitate: nam omnis vili-  
 tas fœtus est. illuc autem tendit laus ista sylvarum, vt & probet non mirum esse si & poma &  
 oliuæ sine vlla cultura præbeantur, & crescat vitium vituperatio circa quas tantus impenditur  
 labor. *Auararia.* Secreta nemorum, quæ aues frequentant. *Baccas autem sanguineas,* accipi-  
 mus poma syluestria. *Tendantur*

**A** Tondentur cythisi, tedas sylua alta ministrat:  
 Pascunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.  
 Et dubitant homines serere, atque impendere curas:  
 Quid maiora sequar? salices, humilesque genista,  
 Aut ille pecori frondem, aut pastoribus umbram  
 Sufficiunt, sepemque satis, & pabula melli.  
 Et inuat vndantem buxo spectare Cyrorum,  
 Maricieque picis lucos; inuat arua videre  
 Non rastris hominum, non vlli obnoxia cura.

**B** Tondentur cythisi. Virgulta à Cytho insula, vbi abundant nominata. *Aur ille.* Id est salices aut genistæ. Multi tamen & tilie legunt, vt tria dixerit, Salices, tilias, & genistas. *Vndantem buxo spectare cyrorum.* Montem Macedoniæ, in quo abundat buxus: quæ vento mota, ætus imitatur vndarum. *Maricieque picis.* A loco in quo abundant pices: *Non vlli obnoxia cura.* Non debitoria, nihil labori nostro debentia.

*Ipsa Caucaseo sterile in vertice sylua,  
 Quas animosi Euri assidue franguntque, seruntque,  
 Dant alios alia fetus: dant vtile lignum*

**C** *Navigis pinos, domibus cedrosque, cupressosque:  
 Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris  
 Agricole, & pandas ratibus posuere carinas.  
 Viminibus salices fecunde, frondibus ulmi.*

*At myrtus validis hastilibus, & bona bello  
 Cornu: Ityreos taxi curvantur in arcus.  
 Nec tilie leues, aut torno rasile buxum,  
 Non formam accipiunt, ferroque cauantur acuto:*

**D** *Nec non & torrentem vndam lenis innatat alnus  
 Missa Pado, nec non & apes examina condant,  
 Corticibusque canis, vitioseque ilicis alueo.*

*Quid memorandum aque Baccheia dona tulerunt?  
 Bacchus & ad culpam causas dedit: ille furentes  
 Centauros letho domuit, Rhætiisque Pholæmque,  
 Et magno Hylaum Lapithis cratere minantem.*

**E** *Ipsa Caucaseo.* Caucasus mons est Scythiæ, positus hic pro quibuslibet asperimis montibus. Steriles autem ait syluas comparatione pomiferarum arborum. *Hinc.* De syluis scilicet: nam de cupresso efficit rotas nullus aut radios. *Triuere.* Tornauere, composuere de torno. *Tympana.* Tecta vehiculorum. *Pandas.* Curtas. *Curtas.* *Viminibus salices fecunde.* Legitur & *Fecunde frondibus ulmi.* *At myrtus validis hastilibus.* Alibi, Et pastorem præfixa cuspe myrtum. *Et bona bello Cornu.* Aptæ est enim etiam cornus hastilibus. *Ityreos taxi curvantur in arcus.* Ityreos, hoc est in arcuum Ityreorum similitudinem. *Ityreos autem dicit Parthicos.* *Nec tilie leues aut torno rasile buxum.* Ordo est, Nec non tilie leues aut rasile buxum, torno formam accipiunt. *Nec non dicit,* hoc est etiam. *Missæ Pado,* pro in Padum. *Species est pro genere.* *Vitioseque ilicis aluo.* Cariosæ. *Vult autem probare etiam putres arbores habere aliquam utilitatem.* Sanè pro alueo per Synæresim aluo diximus. *Quid memorandum aque.* *Quid similiter laudandum.* *Tulerunt.* *Dona Liberi:* sicut syluæ multa sponte procreantes. *Alij Et* **F** *que legunt,* vt sit sensus, *Quid dicendum est quæ tulerunt,* id est attulerunt, ipsa etiam dona Baccheia. vt hoc dicat, *Parum est quod vites tantum laborem requirunt, etiam munere earum causas præstant furoris.* *Ille furentes Centauros.* Atqui in Aeneide ait, Mars perdere gentem Immanem Lapithum voluit. Sed hoc soluit Horatius dicens, *Nec se Mars melius cum Marte confundet Thyonæus.* Nam re vera licet irarum causas Mars habuerit, Lapithæ tamen & Centauri in furorem sunt ebrietate compulsi. Deinde hoc loco Centauros ait in furorem actos à Libero, non Lapithas. *Magno Hylaum Lapithis cratere minantem.* Bonum schema, ita enim pinguntur, quasi poculis bella tractantes.

O fortunatos nimium, sua si bona norint  
 Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis  
 Fundit humo facilem victum iustissima tellus,  
 Si non ingentem foribus domus alta superbis  
 Mane salutantum totis vomit aedibus undam.  
 Nec varios inhiant pulchra testudine postes:  
 Illus aequae auro vestes, Ephyreaeque era:  
 Alba, nec Assyrio fucatur lana veneno:  
 Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui.  
 At secura quies, & nescia fallere vita,  
 Dines opum variarum, at latis otia fundis.  
 Spelunca, viuique lacus, ac frigida Tempe,  
 Mugitusque bonum, mollesque sub arbore somni.  
 Non absunt illis saltus, ac lustra ferarum:  
 Et patiens operum, paruoque assueta iuuentus.  
 Sacra deum, sanctique patres, extrema per illos  
 Iustitia excedens terris vestigia fecit.

O Fortunatos nimium, sua si bona norint Agricolas. Non est abruptus transitus ad laudem  
 viae rusticae: nam ad superiora pertinet. post vituperationem quippe vini, ista quasi consolatio  
 est: per quam ostenditur quantas voluptates rusticis, natura praestiterit. Quod autem *Fortu-*  
*natos nimium* ait, non ad fortunam, sed ad fortunam pertinet quantitatem: nam hoc dicit, *Quan-*  
*tum in re est*, maximas eis natura praestitit voluptates: quas si nosset, essent non fortunati si-  
 cut nunc sunt, sed nimium fortunati. *Procul discordibus armis*. Longe a ciuitatibus, plenis  
 iurgio & rapinis. *Iustissima tellus*. Proprie. nam si iustus est qui quod acceperit reddit, terra  
 iustissime est, quae maiore sonore semina accepta restituit. *Si non ingentem foribus domus*  
*alta superbis*. Ut etiam in laudem fecit Italiae, non solum vitam laudat rusticam sed etiam con-  
 trariam, id est, urbanam, vituperat. Nam ista quae de urbibus dicit, opinabilia sunt bona: non  
 vera, sicut rustica. Multum enim interest inter verum & opinatum malum, seu bonum, vnde  
 Iuuenalis, *Pauci dignoscere possunt Vera bona. Inhiant*. Habere desiderant. Et dicimus in hio illam  
 rem. *Pulchra testudine*. Id est Indica: vnde postes ornabantur vel lectuli. Lucanus, *Foribus*  
*testudinis Indi Terga sedens fuluo maculas distincta smaragdo. Illus aequae auro vestes*. In quibus arti-  
 flex ludens, auro aliqua depinxerat. Male autem quidam in clausula legunt, *Ephyreaeque era*. Co-  
 rinthia, quae laudat etiam Cicero. Nam Ephyrus est Corinthus. *Alba, nec Assyrio fucatur*  
*lana veneno*. Assyrij, populi sunt adiacentes Syriae, apud quos primum usus inuentus est  
 purpurae. *Veneno*. Colore. *Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui*. Casia est herba, de qua  
 fit unguentum. Mirè autem ait. *Virus oliui corrumpitur*. nam oleum generalem usum ha-  
 bet, quod cum in unguentum fuerit corruptum, vni rei tantum esse aptum incipit. *Et*  
*nescia fallere vita*. Aut quia innocentes sunt, aut quoniam immobilis est status vitae eorum.  
 Vrbano enim fortuna, aut insidijs, aut proscriptione variatur. *Latis otia fundis*. Fundus  
 dicitur ab eo quod sit rerum omnium fundamentum. *Spelunca viuique lacus*. Id est boni natu-  
 ralia, non sicut in urbibus labore quaesita. vnde Iuuenalis, *Et speluncas dissimile voris. Frigida Tem-*  
*pe*. Tempe proprie sunt loca amœna Thessaliae. Abusue cuiusvis loci amœnitas. *Mollesque sub*  
*arbore somni*. *lustra ferarum*. Bene ferarum addidit, quoniam sunt in urbibus lustra meretricum *Paruoque*  
*assueta*. Id est non ut urbana, quae est segnis & prodiga. *Sacra deum, sanctique patres*. Duo dicit,  
 Sacra deorum sancta apud illos sunt. sancti etiam parentes. *Extrema per illos. Iustitia excedens ter-*  
*ris vestigia fecit*. Hoc Aratus dicit, Iustitiam primo & in urbibus, postea in agris tantum fuisse  
 se: vbi eam inducit loquentem cur abcedat è terris.

Me vero primum dulces ante omnia Musae,  
 Quarum sacra sero ingenti percussus amore,  
 Accipiant, calique vias, & sidera monstranti,  
 Defectus solis varios, lunaeque labores:

Vnde

Vnde tremor terris, que vi maria alta tumescant  
 Obicibus ruptis: rursusque in se ipsa residunt:  
 Quid tantum Oceano properent se tingere soles  
 Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obstet.  
 Sin has ne passim natura accedere partes,  
 Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis,  
 Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes.  
 Flumina amem, Sylvasque inglorius, ô ubi camps  
 Sperchiusque, & virginibus bacchata Lacanis  
 Taygeta: ô qui me gelidis in vallibus Hami  
 Sisset, & ingenti ramorum protegat umbra.

B

*Me vero.* Diu quaesitum est utrum philosophiæ, an rusticitatis esset vita felicitior, unde nunc dicit primam esse philosophiam: post ipsam rusticam vitam. Suam autem personam pro quocumque ponit. sic paulo post, Rura mihi placeant: pro cuiuslibet. Sic in primo, Non illa quisquam me nocte per altum Ire iuvat. In tertio, Ne mihi tunc molles sub diuo carpere somnos. Et hoc est quod dicit Horatius in arte poetica, Hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. Quamvis sacra fero. Poeta enim quasi musarum sacerdos est. Cælique vias. Aut artes: ut, Inueni germana viam. Aut certe circulos quibus sidera continentur. Defectus solis variis. Atqui vno modo tantum sol deficere nobis videtur, tunc scilicet cum luna plena e regione eius obstiterit radiis & eos nobis fecerit non videri. Unde varios accipimus defectus, non quia varia ratione contingant (nam ratio vna est, ut diximus) sed quia vel variis temporibus sunt, vel varie: interdum enim duobus, interdum quatuor, interdum pluribus deficit digitis. Lunaque labores. Vel errores quia non recta incedit: vel defectus, qui contingunt Lunæ, quotiens terræ altitudo interueniens radiis solis, eam illuminari non patitur, à quibus dicitur lumen accipere. Unde tremor terræ. Variæ sunt opiniones. Alij dicunt ventum esse in concavis terræ, qui motus etiam terram mouet. Sallustius. Veni per caua terro citati. Lucanus. Querentem erumpere ventum Credidit. Alij aquam dicunt generalem sub terris moueri, & simul eas concutere, sicut vas aquæ: ut dicit Lucretius. Alij ætheream terram volumine cuius plerunque Latentes ruinæ, supposita cuncta concutunt. Quæ vi maria alta tumescant Obicibus ruptis. Alij sic accipiunt, quod ruptis obicibus, id est Cape & Atlante montibus Hispaniæ & Mauritanæ, Oceanus eruperit, & ista fecerit maria: quod non procedit. Si enim hoc esset, non diceret tumescant, sed tumuerunt, quæ eruperunt. Oceani maria. unde æstuaria Oceani accipimus, qui per Gallias & Hispanias in infinitum erumpit contempta lege riparum, ad quas rursus recurrit. Cuius rei opiniones Lucanus in primo commemorat dicens, Ventus ab extremo pelagus sic axe voluet, Destinatque ferens an sycere motu secundo Tethyos, vnda vage lunaribus æstuat horis: Flammiger an Titan vbi alentes hauriat, vndas: Erigat Oceanum, fluctusque ad sidera rollat. Quid tantum oceano properent se tingere soles Hyberni. Circulorum hoc efficit ratio, ut etiam in Aeneide diximus. Tardis mora noctibus. Tarde venientibus, id est æstiuis. Sin has ne passim naturæ accedere partes. Physicæ philosophiæ, unde sunt illa quæ dixit.

C

D

E

Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis. Secundum physicos, qui dicunt stultos homines esse frigidioris sanguinis: prudentes, calidi. Unde & senes, in quibus iam friget, & pueri in quibus necdum calet, minus sapiunt. Inglorius. Comparatione philosophiæ, sic in Aeneide, Et mutas agitare inglorius artes. Non quod nulla gloria medicinæ est, sed quod minor, quam diuinitatis & augurandi, quæ ei Apollo obtulerat munera, ut, Augurium cytharamque dedit, celeresque sagittas, Sperchiusque. Fluius Thessaliæ. Taygeta. Mons Laconum Libero & Baccho sacratus. Hami. Montis Thessaliæ: in quo etiam sunt Tempe.

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas:  
 Atque metus omneis, & inexorabile fatum  
 Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari.  
 Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes,  
 Panaque, Sylvanumque senem, Nymphasque sorores.  
 Illum non populi fascēs, non purpura regum  
 Flexit, & infidos agitans discordia fratres,  
 Aut coniuurato descendens Dacus ab Istro:  
 Non res Romana, perituræque regna, neque ille

F

I



*Aut dolui miserans inopem, aut inuidit habenti.  
Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura  
Sponte tulere sua, carpfit, nec ferrea iura,  
Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.*

*Felix qui potuit rerum cognoscere causas.* Repetitio est superioris coloris: nam hoc dicit, Et rustici felices sunt, & qui tribuunt operam philosophiæ. *Rerum causas.* Id est physicam philosophiam. *Inexorabile fatum.* Alibi, Fortuna omnipotens & ineluctabile fatum. *Subi: cit pedibus.* Calcauit. *Fatum.* Ex faco venientia. *Acherontis auari.* Omnem mundum in mortem trahentis. *Deos qui nouit agrestes.* Qui abstinet ciuicis malis, & aut rura habitat, aut cum iuis numinibus rura describit. *Nymphasque siores.* Non Panis vel Syluani: sed inter se iores: vt, Aeneos fratres: inter se scilicet. *Populi fasces.* Honores qui à populo præstantur. Proprie autem locutus est, vt fasces populi, regnum purpuram diceret. *Infidos agtans discordia fratres.* Dilectam posuit pro auaritia. Ab eo quod præcedit id quod sequitur. Infidos autem fratres ideo ait quod auaritiæ causa dissentiant. *Aut coniuato descendens Dacus ab Istro.* Id est non eum sollicitat coniuatio Barbarorū. *Ister autem,* fluius est Scythiæ. *Non res Romanae,* priuataque regna. Regna scilicet Barbarorum. Nam duo dicit, Ruiticum nec Romanum imperium mouet, id est ad ambitum cogit: nec barbarorum regna peritura. Non enim Romano maledixit imperio, licet hoc alii dictum veliat ex generali venite sententia: quod omnis magnitudo imperii periculis subiacet, vnde etiam Iuuenalis ait, *Ad generum Ceres sine cede & sanguine pauci Descendunt, reges, & sicca morte tyranni.* *Aut dolui miserans inopem, aut inuidit habenti.* Cicero in Tusculanorum quinto libro hoc tractat, dicens, in quem cadit vna mentis perturbatio, posse in eum omnes cadere: sicut potest omni virtute pollere, cui virtus vna contigerit. vnde nunc Virgilius noluit rustico assignare misericordiam, ne ei daret etiam cæteras animi passiones, quas nouimus & à bonis, & à malis rebus venire. A bonis opinatis duas: vnam præsentis temporis, vt gaudium, & vnam futuri, vt spem. A malis similiter duas: vnam præsentis, vt dolorem, & vnam futuri, vt metum, quas passiones esse animi non dubium est. vnde & ipse ait in sexto. Hinc metuunt cupiuntque, dolent, gaudentque. Sallustius etiam in Catilinæ bello ait, *Omnes homines qui de rebus dubiis consultant ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet, nam animus haud facile verum prouidet, ubi illa officium.* Ergo aut secundum Ciceronis tractatum hoc dixit: aut quod ab Iulio est, intelligamus ideo rusticum paupertatem non dolere, quod eam malum esse non credit, sed munus deorum. Lucanus de paupertate, *Es manera nondum Intellecta deum.* Est & aliud quod possumus accipere, ideo rusticum nec bonis nec malis alienis moueri, quia eius non interest, quippe qui ab vrbibus est remotus. *Ferrea iura, Dura, inexorabilia, immutabilia. Insanumque forum. Populi tabularia.* Vbi actus publici continentur. Significat autem templum Saturni, in quo & ararium fuerat, & vbi reponbantur acta que susceptis liberis faciebant parentes. Iuuenalis, *Tolla enim, & iussus actorum aspergere gaudes. Argumenta viri.*

*Sollicitant alij remis freta cæca: ruuntque  
In ferrum: penetrant aulas, & limina regum.  
Hic petiit excidijs urbem, miserisque penates:  
Vt gemmabibat, & Sarrano dormiat ostro.  
Condit opes alius, defossoque incubat atro.  
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem  
Per cuneos (geminatus enim) plebisque patrumque.  
Corripuit: gaudent persusi sanguine fratrum:  
Exilioque domos, & dulcia limina mutant:  
Atque alio patriam querunt sub sole iacentem.*

*Cæca freta.* Subito in tempestatem surgentia. *Penetrant aulas & limina regum.* Proferuntur stellitium. *Limina autem* ait interiorum familiaritatem. sic Turnus, Stirpem admisceri Phrygiam, se limine pelli. *Petiit excidijs urbem.* Incertum alienam, an suam. *Gemmabibat.* Gemmeo poculo non gemmato. *Sarrano dormiat ostro.* Tyria purpura, que enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur, à pisce quodam, qui illic abundat: quem lingua sua sar appellant. Iuuenalis, *Aut pichæ sarrano serenam Ex humeris antea coque.* *Hic stupet attonitus rostris.* Scilicet vt concionetur. *Per cuneos (geminatus enim) plebisque patrumque Corripuit.*

Ordo

A Ordo est, Corripuit enim hunc geminatus per cuneos plausus & plebis & patrura. Exilioque domos. Voluntario scilicet propter avaritiam. Alio sub sole, Sub alio climate.

*Agricola incuruo terram dimouit aratro:  
Hinc anni labor: hinc patriam, paruosque nepotes  
Sustinet: hinc armenta bouum, meritosque iuuenos.  
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,  
Aut factu pecorum, aut cerealis mergite culmi:  
Prouentuque pneret sulcos, atque horrea vincat.  
Veni hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.  
Glande sues lati redeunt, da u arbuta sylua,  
Et varios ponit fetus autumnus: & alie  
Miris in apricis coquitur vindemia saxis.*

B

Hinc anni labor. Ex agricultura habet totius anni substantiam. Hinc patriam. Donatus villam intelligit, non rouera patriam. Meritosque iuuenos. Sui confortes laboris. Nec requies. Id est nunquam potest rusticus omni parte desitui. Cerealis mergite culmi. Manipulos spicarum mergites dicimus. Sicyonia bacca trapetis. Oliua, a ciuitate Laconia Sicyone, vbi abundante olea. Trapetis autem, molis oliuaribus. Et declinatur trapetum sicut templum. Terentianus, Quos super insilens trapetis signa gyrus temperat. Quod metrum aprum est oliuam terentibus. Arbuta. Poma syluestria.

C

*Interea pendent dulces circum oscula nati,  
Casta pudicitiam seruat, domus: vbera vacca  
Lactea demittunt, pinguesque in gramine lato,  
Inter se aduersis luctantur cornibus hodi.  
Ipse dies agitat festos, fufisque per herbam,  
Ignis vbi in medio: & socij cratera coronant:  
Te libans Lenea vocat, pecorisque magistris  
Velocis iaculi certamina ponit in ulmo.  
Corporaque agresti nudant pedura palestra.*

D

Dulces circum oscula nati. Contra illud, Exilioque domos & dulcia limina mutant. Casta pudicitiam seruat domus. Non vt in vrbibus impudica. Ipse dies agitat. Suspendendum, & sic inferendum festos. nam hoc dicit, omnes dies sic habet vt festos putes. Alij dicunt, festos dies cum religione concelebrant. Agresti palestra. Rustica luctatione. Palestra autem dicta est vel dicitur nata, id est a luctatione: vel dicitur nata, hoc est a motu vrbis, nam ducti forte

E

*Hanc olim veteres vitam coluere Sabini:  
Hanc Remus: & frater: sic fortis Hetruria creuit  
Scilicet, & rerum facta est pulcherrima Roma,  
Septemque vna sibi muro circadedit arces.  
Ante etiam sceptrum Dictai regis: & ante  
Impia quam castis gens est epulata iuuenos:  
Aureus hanc vnam in terris Saturnus agebat.  
Nec dum etiam audierant instari classica: nec dum  
Impositos duris crepitare incudibus enses.  
Sed nos immensum spatium confecimus aequor.  
Et iam tempus equum sumantia soluere colla.*

F

Sic fortis Hetruria creuit. Secundum historiam, nam constat, Tuscos vsque ad fretum Siculum omnia possedisse. Ante etiam sceptrum Dictai regis. Antequam regnaret Iuppiter, qui

est in Dictæo monte Cretensi nutritus. *Impia quam castis gens est epulata iuuentis.* Arati est hoc, qui dicit quod maiores bouem comesse netas putabant. *Nec dum impositos duris.* Inuenalis, *Nescieram primi gladios excudere fabri.* Et iam *impus equum sumantia soluere colla.* Allegoricâs hoc dicit. Debemus fatigato ingenio parcere, & facere finem carmini. Sanè non est comparatio, sed translatio: sicut & in primi fine diximus. Et plerique volunt ideo eum dixisse hoc loco carmini Georgico finem se esse facturum, quod duo sequentes libri, pastorales sunt, non Georgici, vt etiam in prima huius carminis parte memorauimus.



P. VIRGILII MARONIS  
GEORGICON LIBER III.



**E** quoque magna Pales, & te memorande canemus  
Pastor ab Amphryso. vos sylua, amnesque Lycæi,  
Cetera, quæ vacuas tenuissent carmina mentes:  
Omnia iam vulgata. quis aut Eurysthea durum?  
Aut illaudati nesci Busyridis aras?  
Cui non dicitus Hylas puer? & Latonia Delos?  
Hippodamæque humerog, Pelops insignis eburno  
Acer equis: tentanda via est: qua me quoque possim  
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.

**T**E quoque magna Pales. Inuocat deam pabuli, dicturus de animalibus: sicut de frumentis dicturus & vitibus, Cererem inuocauit & Liberum. Sanè non est mirandum esse vsum eum proæmio, sicut est vsum in primo, nam aliud quodammodo inchoaturus est carmen, pastorale scilicet, completum Georgicum. deinde etiam vnum sit, scimus concessum esse scribentibus, vt iteratione proæmij legentium interdum reficiant laborem. Nam & Lilius frequenter innouat principia. Vt, *Inensa à Gallis urbe. vt, Completis consulibus.* Et Cicero, in Verrinis qui in frumentaria conciliauit auditorum animos, iteratione principii. vt, *Omnes qui alterum iudicam. Pales* autem vt diximus, dea est pabuli: quam alij Vestam, alij matrem deum vocant. hanc Virgilius genere fœminino appellat. Alii, inter quos Varro, masculino genere, vt, *hæc Pales.* Huic facta soluantur xi. Kalendas Maias die, quæ Palilia vocantur. *Pastor ab Amphryso.* Amphrysus fluius Thessaliæ, apud quem Apollo spolatus diuinitate, ob occisos Cyclopos, Admeto regi pauisse armenta dicitur. vnde eum nunc inuocat, qui Nominus vocatur, vel *Nomus* vt dicitur id est à pascuis: vel *Nomus* vt dicitur, id est à lege chordarum. *Sylua Amnesque Lycæi.* *reg' iloxlw'* montem Arcadiæ posuit: vel quia pecorosa, vel quia Pan illic est rusticum numen. *Cetera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.* Hoc est, fabula quæ delectationi esse poterant, & occupare mentes curis solutas, iam descriptæ à multis in omnium ore versantur. *Quis aut Eurysthea durum?* Eurystheus rex fuit Græciæ, Persei genus, qui Iononis instinctu imperabat Herculi vt varia mōstra superaret, quibus possit perire. vnde eum durum appellauit, qui potuit ad complendum odium nouercalæ sufficere. *Aut illaudati nesci Busyridis aras?* Busyris rex fuit Ægypti: qui cum iussceptos hospites immolaret, ab Hercule interemptus est, quum etiam eum voluisset occidere. huius laudes scripsit Iſocrates: vnde illaudati participium est pro nomine: vt sit illaudabilis, non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruit: vt est illud in septimo Aeneidos, *Diues inaccessos vbi solis filia Iucos.* Pro inaccessible: non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere